



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Dispvtaones Theologicae

Quatuor Tomis distinctæ: Qvibus Vniversa Theologia Scholastica Clare,
Breviter & accuratè explicatur

De Deo, Et De Angelis

Martinon, Jean

Burdegalae, 1644

Dispvtao IX. De scientia Dei.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73898](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73898)

primo, id est, posse naturaliter nosse, remotis impedimentis, vel appositis & iuvantibus causis connaturalibus. Nomina enim imponuntur ab hominibus propter humanam societatem & commercium, ut significant res eo modo quo sub conceptus cadere solent, secundum naturalem intelligendi facultatem per se consideratam, & communiter in usu positam. Ex quo patet solutio eorum quæ in exemplum allata sunt à Valaque. Ad ultimum sumptum ex D. Thoma, Respondeo, voces illas, *homo, lapis*, & similes, significare essentiam rei secundum quod est, eo modo quo solet, & potest naturaliter ab hominibus concipi, id est, prout à nobis imperfectè concipitur. Substituimus enim voces loco conceptuum, ut per illas exhibeamus res, quales exhiberemus per conceptus, si per eos immediatè loqui possemus. Quia tamen perfectiùs concipimus essentiam rerum sensibilium, ex earum effectibus & proprietatibus ipsi adequatis; quam essentiam Dei, quam cognoscimus tantum per

creaturas & effectus inadæquatos: Hinc est quòd D. Thomas loco posteriùs citato ait, nos ex effectibus diuinis non posse cognoscere naturam diuinam, secundum quod est in se, ut sciamus de ea quid est: tam perfectè scilicet, ac de lapide, aliisque substantiis sensibilibus; sed per modum eminentiæ, causalitatis, & negationis.

Cæterum imperfectum nostrum cognoscendi modum, esse causam cur Deo nomen quidditatiuè, proprièque significans imponere nequeamus, adeoque nominis significationem pendere à perfectione, vel imperfectiōe conceptus instituentis, docent vltra S. Thomam loco supra citato, & Theologos ferè omnes, Sancti Patres, Cyrillus Hierosolymit. Catech. 6. Gregorius Nazianz. in orat. 45. de Deitate, ad Euagrium; August. lib. 7. de Trinit. cap. 4. Prosper sentent. 61. Cyrillus Alexandrinus lib. 17. contra Iulianum, prope finem: quorum verba refert & expendit Fazolus qu. 13. artic. 1. de bit. 1. num. 5.

Cyrril.
Nazianz.

August.
Prosper.
Cyrillus
Alexand.
Fazolus.

DISPUTATIO NONA.

De Scientia Dei.

- Sectio I. *An sit in Deo scientia, & circa quæ: ac primò circa seipsum?*
- Sectio II. *De scientia Dei circa possibilìa, & alia extra se.*
- Sectio III. *De scientia Dei circa futura libera absoluta.*
- Sectio IV. *Quomodo sit libertas creaturarum cum diuina præscientia futurorum?*
- Sectio V. *De scientia Dei circa libera conditionatè futura.*
- Sectio VI. *Eadem scientia probatur auctoritate Patrum & ratione.*
- Sectio VII. *Refutantur effugia Adversariorum.*
- Sectio VIII. *Respondetur præcipuis illorum obiectionibus.*
- Sectio IX. *An Deus cognoscat decreta conditionata suæ voluntatis?*
- Sectio X. *Examinatur doctrina Recentioris cuiusdam Anonymi contra scientiam mediam.*
- Sectio XI. *Respondetur argumentis eiusdem auctoris contra scientiam mediam.*
- Sectio XII. *Doctrina Ludovici Molina de scientia media contra eundem defenditur.*
- Sectio XIII. *Refutantur eiusdem Auctoris effugia circa Scripturæ testimonia, in fauorem scientiæ mediæ proferrî solita.*
- Sectio XIV. *Alia eiusdem effugia circa Patrum auctoritatem, & rationes allatas, refelluntur.*

DE scientia Dei disputat S. Thom. totâ quæst. 14. & art. 1. do-
 cet esse in Deo scientiam perfectissimam: quia est summè
 immaterialis: immaterialitas autem alicuius rei est ratio
 cur sit cognoscitiva: & secundum modum immaterialita-
 tis est modus cognitionis. Vnde cum Deus sit in summo
 immaterialitatis, est consequenter in summo cognitionis. 2. Deum se
 intelligere per seipsum: cum sit actus purus, & nihil habeat potentia-
 litatis ad facultatem intelligendi, vel ad speciem intelligibilem à se di-
 stinctam. 3. Deum perfectè seipsum comprehendere; quia seipsum
 cognoscit quatenus cognoscibilis est. Tanta est enim virtus Dei in
 cognoscendo, quanta est eius actualitas in existendo. 4. Intelligere
 Dei non distingui realiter ab eius substantia: cum Deus sit, suum ip-
 sius esse, nullâque formâ à se distinctâ perficiatur. 5. Deum intelligere
 alia à se, id est, cætera omnia præter ipsum possibilis vel existentia:
 quia cognoscit perfectè suam virtutem: non potest autem virtus per-
 fectè cognosci, nisi cognoscantur ea ad quæ se extendit. Adde quòd
 cum sit omnium causa intelligens, agens scilicet per cognitionem &
 per voluntatem, debent cætera omnia in illo velut intelligente prin-
 cipio contineri. Cognoscit autem illa in seipso, in quantum essentia sua
 continet similitudinem aliorum ab ipso. 6. Deum cognoscere res
 omnes propria cognitione, secundum quod ab aliis distinguuntur: quia
 cognoscit illas per suam essentiam, quæ singulas rerum aliarum perfe-
 ctiones continet. Nequè verò Deus perfectè seipsum cognosceret, nisi
 cognosceret quomocumque ipsius perfectio potest ab aliis partici-
 pari. Neque etiam ipsam naturam essendi perfectè sciret, nisi cognosce-
 ret omnes modos essendi. 7. Scientiam Dei non esse discursivam, ne-
 que secundum successionem, neque secundum causalitatem: sed omnia
 simul perfectè intelligere, sine successione cognitionum, aut progressu
 causali ab una ad aliam, nempe à noto ad ignotum. Vtrumque enim
 inuoluit imperfectionem, à Deo acti purissimo & perfectissimo alie-
 nam. 8. Deum esse causam rerum per suam scientiam ad unctâ voluntate:
 sicut scientia artificis est causa artefacti. Est enim agens liberum. 9. Deum
 cognoscere non entia, siue ea quæ nunquam sunt, per scientiam simpli-
 cis intelligentiæ: sicut ea quæ sunt in aliqua temporis differentia, co-
 gnoscit per scientiam visionis. 10. Cognoscere etiam mala. Quia cum
 omnia bona cognoscat, cognoscit etiam mala quæ illis accidunt, sunt-
 que illorum priuationes. 11. Cognoscere quoque singularia: quia co-
 gnoscit omnia ad quæ ipsius virtus se extendit: se autem extendit ad
 omnia in singulari. 12. Scientiam Dei extendere se ad infinita, etiam se-
 cundum quod sunt ab invicem distincta. Quia cognoscit non solum ea
 quæ sunt, sed etiam quæcunque in sua vel creaturarum potentia conti-
 nentur. Sunt autem illa infinita. Imò etiam per scientiam visionis, quæ
 est de existentibus, cognoscit infinita: quia cognoscit distinctè cogita-
 tiones & affectiones cordium; quæ in æternum multiplicabuntur in
 beatis mentibus & damnatis. 13. Cognoscere etiam certò & infallibi-
 liter futura contingentia: quia eius intuitus fertur ab æterno super-
 opuscula

omnia quouis tempore existentia, prout sunt in sua presentia. 14. Cognoscere quoque omnia enunciabilia: quia cognoscit quæcunque sunt in potentia creaturæ: adeoque quæcunque enunciabilia possunt ab illa formari. 15. Scientiam Dei esse omnino inuariabilem: quia est ipsamet eius substantia planè immutabilis. 16. Scientiam Dei de seipso esse tantum speculatiuam: quia Deus nullo modo est operabilis. De omnibus verd adis habere scientiam & speculatiuam, & practicam. Speculatiuam, quatenus eorum definitiones & diuisiones perfectissimè cognoscit. Practicam verd, in quantum illa extra se facit aut permittit, cognitione scilicet dirigente effectiõnem aut permissionem, vel per se proximè aptà illam dirigere. Hæc D. Thomas, quæ in presenti disputat. & tribus sequentibus fusiùs explicanda sunt.

SECTIO I.

An sit in Deo scientia, & circa quæ? ac primo circa seipsum?

CONCLUSIO: In Deo est scientia perfectissima, quæ cum seipsum, tum cætera omnia intelligibilia, siue possibilia, siue impossibilia, vera vel ficta, finita vel infinita, præterita, presentia, vel futura, seu absolute, seu conditionatè, perfectissimè comprehendit. Declaratur & probatur conclusio.

Primo, scientia hæc sumitur latè pro cognitione certa & euidenti, intellectuâ, & immateriali, abstrahendo ratione accidentis, qualitatis, habitus, & similibus imperfectiõibus, quæ à Deo remouendæ sunt, vt constat ex dictis de simplicitate, aliisque attributis, & inferiùs magis declarabitur.

Secundò esse in Deo scientiam docet Scriptura, Ecclesiastici 42. *Cognouit Deus omnem scientiam*, id est, omne scibile. Esther 14. *Domine qui habes omnem scientiam*: ad Rom. 11. *O altitudo diuinarum sapientia & scientia Dei!* Et Coloss. 2. vers. 3. *In quo sunt omnes thesauri sapientia & scientia absconditi*. In Christo scilicet: *quia in ipso inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter*, vt addit paulo post, versu 9. *Ad hæc confirmat ratio manifesta*. Cùm enim Deus sit in gradu eminentissimo essendi cum omni perfectione simplici, & absque omni imperfectiõne; item cùm sit spiritus nobilissimus & supremus; non potest concipi, nisi stolidè, tanquam expers cognitionis: cùm cognitio sit vna ex maximis perfectionibus simplicibus. Ideoque merito Arist. 12. Metaphyl. c. 9. de Deo sic ait: *Sine nihil intelligat, sed ita se habeat vt dormiens, quidnam præcellens erit?* Deinde cùm Deus sit ens à se, debet esse propter se, & seipso frui perfectissimè per cognitionem & amorem. Quapropter idem Arist. li. 10. Ethic. cap. 8. circa medium, Dei operationem præcellentem in beatis Tomus I.

titudine contemplatiua positam esse dicit. Et 12. Metaphyl. cap. 9. *Seipsum ergo intelligit, si est quidem quod optimum est*. Idem colligitur ex effectibus. Cùm enim Deus sic causa intelligentiarum creaturarum, necesse est summam in illo esse intelligentiam. Neque enim in agente principali & totali minus esse potest, quàm in eius effectibus; neque in ente supremo, minus quàm in inferioribus. Item ex gubernatione & providentia, quæ mundus regitur, manifestè colligitur Deum esse intelligentem & liberum: Nec non ex ipsarum rerum productarum determinatione & modo. Si enim Deus egisset naturaliter, & sine libertate, regisset quantum & quom primum potuisset, neque actionem suam ad ea quæ primò facta sunt determinasset, potius quàm ad alia quæ tunc primò producibilia, cùm inter hæc, & alia, essentialis ordo successiõnis non sit. Legatur D. Thom. q. 14. a. 1. c. vbi quòd ait Deum esse intelligentem & scientem, quia est immaterialis, & immaterialitas est ratio cognoscitiua. Intellectum est in hunc sensum, quòd omnis substantia immaterialis completa & perfecta, ex vi suæ rationis & perfectionis intellectuæ sit; non autem quòd formalis, & abstracta, & generalis ratio immaterialis, sit ratio cognoscitiua. Multa enim sunt immaterialia, quæ non sunt cognoscitiua, vt virtutes morales, & characteres supernaturales, atque etiam diuina hypostases, secundum id quod superaddunt essentiæ: sicut è contrà, multa sunt cognoscitiua, quæ non sunt immaterialia, vt sensus externi & interni.

Tertiò, cùm Deus sit simplicissimus, & actus purus, & infinitus simpliciter: eius cognitio debet carere quibuscumque imperfectiõibus, tali scilicet repugnantibus; cuiusmodi sunt limitatio & inadequatio ex parte obiecti, ita vt vnum quoddam, aut plura quidè intelligibilia attingat, nõ omnia. Item inadæquatio ex parte actus: qualis foret in cognoscente omnia, sed non nisi pluribus actibus. Item obscuritas, confusio, & distinctio, ac non expressio distinctorū, incertitudo, & periculum falsitatis ex parte actus, aut aliunde. Item dubietas

2
Probatur esse in Deo scientia perfectissimam.

Aristot.

D. Thom.

3.
Omnis im- perfectio à Deo scientia remoueri debet.

positiua, seu habitatio; &, quod est peius, error, & quælibet falsitas actualis. Itæ accidentalitas gradûi substantiæ opposita, siue in actu, siue in habitu, aut in principio cognoscendi. Item causalitas actiua vel passiua, realis & propria, vel actus merè primus cognoscendi, cum distinctione vel præcisione reali ab actu secundo. Quocirca Deus non est cognoscitinus per modum potentie, nisi sumendo potentiam metaphysicè cum permissione identitatis realis actus secundi cuiuscunque cum primo. Item varietas, & mutatio, & incompletio, & indigentia, qualis est in cognitione, quæ eget aut intellectu distincto à se, aut specie impressa, aut habitu vel lumine distincto, aut obiecto concurrente, & aliter se habente quàm occasionaliter, aut terminatiuè. Item ratio discursus, quatenus dicit distinctionem actuum, & successionem, vel causalitatem realem inter illos, & velut cursum ab vno actu ad alium; alioqui verò quicquid est perfectionis in discursu, seu successiuo, seu causali, tribuendum est Deo.

4
Deus seipsum cognoscit perfectissime, & comprehensiuè.

Quartò, quòd Deus specialiter seipsum cognoscat, perfectissime & comprehensiuè, vt docet S. Thom. q. 14, a. 2. & 3. patet, quia est maximè intellectiuus, & maximè intelligibilis, & sibi maximè coniunctus ac præsens in ratione intelligibilis, omni ratione quæ intelligibilis est. Quare se cognoscit adæquatè, tum extensiuè quoad rationes varias, & quoad omnia ad quæ ratio quæuis pertinet; tum etiam intensiuè quoad magnitudinem cuiuscunque perfectionis & rationis, iuxta illud 1. Cor. 2. de Spiritu diuino, *Spiritus omnia scrutatur, etiam profunda Dei.* Adde quòd Deus non esset ens perfectissimus, nisi esset perfectissimè intellectiuus. Non esset autem perfectissimè intellectiuus, nisi seipsum, obiectum intellectus nobilissimum, perfectissimè intelligeret, intellectu adæquate obiectum. Ex quo sequitur Deum etiam comprehendere qualibet alia intelligibilia, quia vt sit perfectissimè intelligens, debet vnumquodque intelligere quantum est intelligibile, nihilque penitus siue circa seipsum, siue circa quidlibet aliud ignorare.

Aristot.

Sed obieciens primò, omnis cognitio est relatiua ad suum obiectum, estque ipsius vitalis expressio & similitudo. At Dei cognitio non potest referri ad seipsum, neque esse vitalis sui expressio & similitudo: ergo Deus non potest cognoscere seipsum. Maior est Aristot. in Categ. cap. 3. & commentis Philosophorum. Minor verò probatur, quia idem non potest referri ad seipsum, neque esse similitudo sui ipsius. Omnis enim vera relatio, & omnis realis similitudo, requirit distinctionem realem inter relationem & terminum, atque inter similitudinem & rem quam representat. Atqui non est distinctio realis inter Deum & cognitionem quam habet de seipso, vt patet ex dictis disp. 3. sect. 3. de indistinctione attributorum diuinorum. Sed in dō, si Deus se comprehendit: ergo seipsum se scire. Ergo habet infinitas reflexiones supra cognitiones suarum

scientiarum. Cùmque obiectum sit aliquo modo prius quàm verè sciatur esse: ideo enim verè scitur esse, quia est, vt scitur; & esset quamuis nesciretur. Vnde quòd sit, non pendet à scientia: Contrà verò, veritas scientiæ pendet ab obiecto, ideoque est naturà posterior. Cum, inquam, obiectum sit prius scientiæ: & inter ea quæ Deus scit, sit ipsamet scientia integrè sumpta; oporteret scientiam integram De esse antequam sit: quia oporteret totam illam scientiam esse, antequam sciatur à Deo. Atqui quòd sciatur à Deo, est pars integræ scientiæ Dei. Ergo scientia quæ illi præsupponitur, vel non est integra: vel est integra prius natura, quàm sit aliqua illius pars: quod euidenter implicat.

5
Scientia est relatiua ad obiectum.

Ad primum Respondeo, omnem cognitionem esse transcendentaliter relatiuam ad suum obiectum, esseque illius expressionem & similitudinem: vel formaliter, si obiectum est distinctum: vel virtualiter tantum & æquiualeuter, si obiectum est indistinctum, cuiusmodi est Deus respectu suæ cognitionis. Ad secundum: Nego Deum habere huiusmodi infinitas reflexiones formales, vel illas à nobis apertè in Deo concipi: sed tantum in Deo est perfectissima scientia, quæ tum seipsum, & alia omnia extra se existentia, vel possibilis, vel intelligibilia: tum etiam scientiam ipsam virtualitè solum reflexione, & experimentaliter, cognoscit perfectissimè. Est enim ea natura intellectiois, vt sit experimentalis sui ipsius cognitio. Nam quisquis intelligit, hoc ipso intelligit se intelligere, experiturque se habere cognitionem quam habet. Nimirum quia intelligere non est veluti actio mortua, & mera productio qualitatis alicuius obiectum experimentis, si quæ talis producit, vt sit à creatis intelligentiis: sed est viua productio, principij intelligentis, attendentis producendo, & producentis attendendo. Ita vt intelligit, siue actus intelligendi, non sit sola illa qualitas producta, sed simul includat productionem, & attentionem vitalem principij, seipsum vitali illo modo, id est, cum vitali attentione, exercentis circa obiectum. Loquor de actu intelligendi creaturarum. De Deo autem simili modo philosophandum est, sed nota imperfectione productionis realis, & distinctionis actus vel qualitatis alicuius experimentis obiectum. Et quò cognitio perfectior ac viuacior est, eò per se loquendo est maior sui ipsius perceptio experimentalis. Dei autem cognitio circa seipsum perfectissima est: adeoque est perfectissima sui ipsius perceptio, nulla indigens formali reflexione, vt se perfectius cognoscat. Quæ cum Deo utilis esse non possit, nisi præsupposita imperfectione aliqua in directa cognitione, non est Deo tribuenda. Similimodo omnis volitio est intrinsecè & essentialiter voluntaria, & sui ipsius volitio: ita vt quisque velit velle, eo ipso quòd vult.

6
Obiectum quomodo prius scitur.

Ad tertium Respondeo, duobus modis intelligi posse obiectum esse prius scientiæ. Primò naturæ ordine, & causalitatis seu depen-

dentia. Et hoc verum est tantum de scientia quæ paritur concurrente obiecto cum potentia cognoscente, vel illam determinando causaliter & excitando per seipsam, vel sui speciem illi imprimendo quæ causaliter determinet. Tunc enim sicut obiectum est causa cognitionis concurrente aliquo modo, & non pure terminando, aut occasionaliter tantum determinando: ita est prius illa natura ordine seu causalitatis & dependentiæ. At Dei scientiâ, quâ Deus scit experimentaliter se scire quicquid scit, non ita concurrat ad seipsam, sed est actus simplex, improductus, & independens à seipso, & ab omni concursu sui ipsius. Differt autem determinatio pure occasionalis à causali: quia illa offert tantum intellectui obiectum quod cognoscat, per vim quam habet de se sufficientem & perfectam atque completam ad cognoscendum omne intelligibile. Hæc autem supplet indigentiam aliquam & imperfectionem intellectus de se non sufficientis ad cognoscendum obiectum, quævis alioqui per se intelligibile, nisi iuuetur concursu aliquo obiecti per seipsum, aut per speciem sui. Secundo, potest intelligi obiectum esse prius subsistendi consequentiâ: quatenus scilicet si obiectum scitur esse, est: sed non sequitur vice versa, quod si est, scitur esse. Et de hac solum prioritate procedit obiectio. Verum neque inter scientiam Dei, & experimentalem ipsius sensum seu notitiam, quæ est ipsamet eadem scientia quâ Deus scit intelligenter, id est, intelligendo se scire, ipso eodem actu, in tota sua perfectione essentiali considerato. Valer enim utrinque subsistendi consequentia. Quod mirum si est talis actus, scitur à Deo esse. Et, si à Deo scitur esse, est. Neque dicas posse actum illum diuinum diuidi ratione in duos, quorum vnus sit cognitio directa aliorum obiectorum, puta voluntatis, omnipotentia, immensitatis, æternitatis &c. Alter sit notitia reflexa ipsius scientiæ de talibus obiectis. Respondeo enim hanc distinctionem male excogitari, & sine fundamento conueniente rei: quasi cognitio Dei directa non sit per se formaliter in seipsam reflexa virtualiter, & perfectissima sui ipsius notitia experimentalis, multoque perfectior quam per nostras formales reflexiones infinitas haberi possit. Et hæc nus de notitia Dei circa seipsum. De alio vero obiecto in conclusione propositis dicemus sectionibus sequentibus.

SECTIO II.

De scientia Dei circa possibilis, & alia extra se.

Dico igitur quintò, Deum cognoscere quicquid perfecte & comprehensiuè omnia possibilis. Ita docent omnes Catholici cum D. Thoma quaest. 14. art. 5. & 6. & patet primò, quia Deus se perfecte cognoscens, cognoscit perfecte virtutem, & omnipoten-

tiam suam. Ergo cognoscit omnia possibilis. Nullum enim est possibile ad quod eius omnipotentia non se extendat: & non potest cognosci perfecte virtus aliqua, nisi cognoscantur ea omnia, ad quæ sese extendit, vt rectè ait S. Thom. art. 5. quaest. cit. Secundo, quæcunque sunt possibilis extra Deum, possunt ab illo liberè fieri; & idè verè possibilis sunt, quia in Deo est potentia ea producendi: quæ potentia non nisi liberè operatur: alioqui possibilis essent ab æterno qualia & quanta esse potuissent. Ergo possibilis continentur eminenter & virtualiter in Deo, vt in causa libera. Quod autem est in aliquo vt in causa libera, debet saltem vt fieri possit, ab ipso cognosci. Atqui Dei cognitio non cre scit: ergo quæcunque possibilis, sunt ab æterno in Dei cognitione, & quidem secundum proprias differentias, atque omni ratione quæ sunt possibilis, quia secundum illas omnes, possunt à Deo produci liberè. Adde illud ad Hebræos 4. *Non est vlla creatura inuisibilis in conspectu eius:* & ad Rom. 4. *Locat ea quæ non sunt, tanquam ea quæ sunt:* id est, eadem facilitate cognoscit & iubet vt sint.

Dices, id quod cognoscitur, esse perfectionem cognoscentis, & dare speciem cognitioni. Deus autem non habet perfectionem extra se, neque accipit speciem aut perfectionem ab alio. Quare quæ sunt qualia à Deo, non cognoscuntur ab ipso. Respondeo primò, id quod cognoscitur, non esse perfectionem cognoscentis formaliter, neque specificam cognitionem secundum se formaliter: sed cognitio est seipsa formaliter perfectio cognoscentis, & seipsa formaliter est id quod est. Secundo, neque etiam causaliter obiectum esse perfectionem cognoscentis, aut dire speciem cognitioni: si obiectum tantum, occasionaliter, aut terminatiuè se habet respectu cognitionis, & non concurrat causaliter ad cognitionem, per seipsum, vel per speciem à se impressam: quod non faciunt possibilis respectu cognitionis diuinæ. Quare Deus, vt cognoscens, non perficitur vilo modo à possibilibus, quæ tantum se habent terminatiuè respectu suæ cognitionis.

Dico sextò Deum cognoscere quoque non entia, ficta, & impossibilis. Ita S. Doctor q. 14. a. 9. & patet, quia non modò cognoscit affirmatiuas veritates; sed etiam negatiuas: & non tantum quid res sit, sed etiam quid non sit: Ac denique non tantum quicquid fieri potest, sed etiam quicquid potest à quocunque intellectu fingi & cogitari. Hæc enim omnia cognoscibilis sunt, & ab humana mente intelliguntur plurima: multòq; latius patet cognoscibile, quàm ens, aut verum proprietas entis. Vnde præter transcendentia, Ens, vnum, verum, bonum; admittunt Philosophi supertranscendentia, vt imaginabile, cogitabile, significabile &c. quorum omnium nihil Deo ignotum est. Quare non tantum nouit quæcunque sunt, aut verè esse possunt: sed etiam quid possit vllus intellectus apprehendere ac dicere, & omnino quid

Deus cognoscit non entia, ficta, & impossibilis.

fit possibile aut non fit: & consequenter omnia entia rationis, omnes comparationes possibile, omnes respectus & ordines, siue in rebus fiat per se, siue tantum denominatiue illis tribuantur à conceptu alicuius comparantis & referentis vnum ad aliud. Hæc inquam omnia perfectissimè nouit Deus infinita vi sua cognoscendi, quâ attingit ad æquandè omnia intelligibilia.

10. Ad hanc confirmandum D. Thomas ait. in corp. hanc rationem addit, quia scilicet non entia, ficta, & impossibilia, licet non sint simpliciter & actus, sunt tamen aliquo modo in potentia creaturæ, nempe in potentia opinandi, vel imaginandi, vel quocunque modo significandi, quatenus cogitari, fingi, dici, & significari possunt, licet dicantur & significantur vt non entia, ficta & impossibilia. Sed aduertendum est, hæc non modò cognosci à Deo secundum illam denominationem extrinsecam: verum etiam in se & per se quodammodo. Nam & ipsum non esse, vt tale, & ipsum impossibile, seu ipsa impossibilitas, potest cognosci, licet non consideretur vt conceptibilis, vel enunciabilis, aut significabilis. Quemadmodum enī realia possunt sub actum cognitionis cadere secundum se & per se: licet non considerentur vt cognoscibilia, id est, secundum illam denominationem, quod possunt cognosci, aut cognoscantur actu.

Deus non potest fingere entia rationis.

Non enim quodcumque cognoscitur, debet considerari formaliter & expressè sub denominatione illa formali cognoscibilitatis. Non tamen potest Deus fingere entia rationis, id est, concipere aliquid aliter quam fit, & directè atque immediatè cognoscere ad modum entis, id quod non est, nec esse potest. Hoc enim sonat imperfectionem: Sed potest cogitare non esse, quod non est, & esse impossibile, quod impossibile est, etiam citra rationem conceptibilis, vel imaginabilis: Item potest cognoscere quasi reflexè, & mediatè, entia rationis fieri seu fingi actu, vel posse fingi ab intellectu humano vel Angelico: atque ita cognoscere esse fingibile, quod fingibile est: & fictum esse, id quod re ipsa fictum est: quod sine vlla Dei imperfectione potest ab ipso intelligi. Neq; enim ipse propterea fingit, neque per se directè & immediatè concipit vt ens, quod non est ens: sed concipit fingi quod fingitur re ipsa; aut concipi posse ad modum entis, quod ita potest re ipsa concipi: atque ita demum vnumquodque cognoscit sicuti est.

11. Obijciens, cognitionem esse imaginem expressam & representationem rei cognitæ. Atqui non entis & impossibilis, vt talis, imago non potest esse, cum nihil sit, ergo nec cognitio. Item obiectum adæquatam cognitionis est ens, & verum; qualia non sunt impossibilia & non-entia. Respondeo ad primum, nō quicquid est cognitio, esse expressiorem, & representationem, vel imaginem, omni modo vel ratione quâ est cognitio. Nam iudicium, seu affirmatio, vel negatio mentalis, vt sic, est cognitio, & non tamen expressio, sed ad hæc

vel auersio intellectus, assentiētis aut dissentientis obiecto. Discursus item non est representatio, vt sic, sed illatio, & velut quidā cursus mentis ab vno ad aliud. Actus vero ille quo Deus cognoscit impossibilia, & non entia, directè & immediatè, videtur esse actus quidam per modum negationis, id est, iudicij negantis esse possibile quicquid non est possibile: vel per modum discursus & auersionis intellectus circa ea omnia quæ implicant contradictionem. Nam quemadmodum in nobis est vis non modò ad assentiendum, sed etiam ad dissentiendum: vnde quædam sub assensum nostrum cadunt, quædam sub dissentum: sic in Deo, licet vnus sit actus simplicissimus; ille tamen eminenter continet omnem actum. Quare intelligere possumus Deum quibusdam quasi assentire, & quibusdam velut dissentire: quemadmodum solet dici quædam approbare, & quædam improbare. Cūque Dei intellectus sit semper reclusus; ea quæ cadunt sub dissentum diuinum quoad posse esse, sunt verè nō entia & impossibilia. Vel denique per modum illationis, & discursus virtualis, intellectus diuinus ex eo quod cognoscit esse omnia quæ sunt; infert nihil amplius esse: & ex eo quod cognoscit esse possibile, ea omnia quæ possibile sunt; infert nihil amplius esse possibile: atque ita cognoscit non entia & impossibilia eo omni modo quo possunt sine imperfectione cognosci. Simile quid notauit Vatq. disput. 61. cap. 1. & 2.

Ad secundum Respondeo, id quod cōmuniter dicitur, verum, esse obiectū intellectus, intelligendum esse de obiecto præcipuo, non de adæquato. Nam non tantum cognoscitur verum, sed etiam falsum. Sicut bonum non modò cadit sub appetitum ad volendum & prosequendum; sed etiam malum ad noscendum & auersandum. Sicut ergo cū dicitur obiectū appetitus esse bonum, sermo est de appetitu secundum præcipuam partem, ad hæc scilicet aut prosequitur, sub qua comprehenditur altera: ita quando obiectum cognitionis dicitur esse ens aut verum, sermo est de priori parte, sub qua comprehenditur alia.

Ex his patet à fortiori, Deum cognoscere mala quælibet, vt tradit S. Thomas 14. a. 10. nam si cognoscit quæ sunt non-entia & imaginabilia: maior est ratio vt cognoscatur omnia mala, siue naturalia, siue moralia. Mala autem pœna: quippe quæ naturalis magis cognoscibilia sunt, quam plurima eorum quæ possunt cogitari & fingi. Adde ex D. Thomæ, eū qui cognoscit perfectè bona, cognoscere illorum opposita. Atqui Deus perfectè cognoscit omnia bona, & mala sunt bonis opposita: ergo Deus cognoscit omnia mala. Quod si aliquando dicitur Deus ea nescire, vt Habacuc 1. v. 13. intelligendū id est de negatione sciētiae approbationis, de qua inferius. Affirmat autem D. Thomas mala generatim bonis opponi priuatiue: quod in præcepti nō est examinādū: sed reiciendū in tr. de Peccatis. Circa priuationes tamē, & negationes, considerādū est eas nō esse

12. Verum nō est obiectū adæquatū intellectus.

13. Deus perfectè cognoscit quælibet mala.

Priuatione quid sit, & quomodo concipiatur.

entia, neque esse, proprie loquendo, in aliquo subiecto. Implicat enim non ens, esse; id est, non existens existere. Negatio autem & privatio sunt non ens; neque bene concipiuntur, si concipiuntur ut aliquid existens in subiecto, vel extra: sed ut concipiatur privatio sicut oportet, debet concipi formam non esse in subiecto apto: Ex. grat. aërem non habere lucem: oculus non habere facultatem visivam, Negatio autem bene concipitur, quando concipitur non esse id quod verè negatur esse. Quod utrumque fit conceptu comparativo & iudicativo. Atque ita Deus negationes & privationes intelligit: vel etiam per actum dissensus, ut paulò ante diximus.

14
Deus cognoscit omnia in singulari

Sequitur item à fortiori Deum perfectissimè cognoscere quicquid extra ipsum est, etiam in singulari, ut docet S. Thom. quæst. 14. artic. 11. & patet, quia cognoscit quicquid ipse causat quomodocunque, quippe qui causat liberè. Atque creat omnia existentia, etiam in singulari, ac secundum proprias differentias: Ergo &c. Confirmatur, quia quicquid est extra Deum, vel est à Deo solo: vel si à creatura; non est sine concursu Dei liberè operantis quicquid agi ad extra, iuxta illud Ephes. 1. Operatur omnia secundum consilium voluntatis sue. Adde illud Iob 28. Ipse fines mundi intravit, & omnia que sub celo sunt respicit. Et Hebræorum 4. Omnia nuda & aperta sunt oculis eius. Quod autem ait D. Hieronymus in cap. 1. Habacuc, ad illa verba, Mandi sunt oculi tui, ita interpretandum est, ut velit Deum non eodem modo cogitare & curare de culicibus, muscis, & canetis ac de hominibus: iuxta ea quæ subdit, Non simus tam fatui adulatores, &c. eandem rationabilium & irrationabilium curam esse Deo dicentes.

15
Deus novit præterita & futura

Sequitur etiam ex supradictis Deum cognoscere præterita & futura. Nam cum eius scientia non minuat, neque crescat, sed ab æterno tota sit: novit ab æterno & in æternum, quicquid existit pro aliqua temporis differentia, quod comparatum cum scientia ut priori duratione, habet rationem futuri: comparatum verò cum eadem scientia, ut post perseverantiam, habet rationem præteriti. De futuris autem liberis de quibus est specialis & gravis difficultas, dicam secundo sequenti.

Deus cognoscit infinita

Sequitur ultimus Deum cognoscere infinita, ut habet D. Thom. quæst. 14. artic. 12. Nam possibile, cogitabile, & cætera supradicta, quæ omnia cognoscit in singulari, & secundum proprias differentias, excedunt omnem finitam multitudinem. Neque solùm scientiâ simplicis intelligentiæ cognoscit infinita, quatenus fertur ad possible, quæ ad nullum finitum numerum definita sunt, cum dato quocunque finito, non implicet dari aliquid ultra: sed etiam scientiâ visionis, ut verè affirmat S. Doctor artic. cit. quatenus fertur in cogitationes, & affectiones cordium, quæ in infinitum multiplican-

buntur in Angelis, & hominibus in æternum permanentibus, quæ omnes simul sumptæ sunt infinitæ actu, id est, excedunt omnem finitam multitudinem. Loquimur autem hic de cognitione infinitorum extra Deum. Nam de cognitione Dei circa seipsum, etiam ut infinitum, antea dictum fuit Deum sibi perfectissimè notum esse.

SECTIO III.

De scientia Dei circa futura libera absoluta.

16
ULTIMO quòd Deus cognoscat futura libera, siue absoluta, siue conditionata, probatur primò de absolutis, præmissa tamen explicatione terminorum ad statum quæstionis meliùs intelligendum.

Nota igitur primò, per futura libera, intelligi ea quæ contingenter & liberè futura sunt, ita nimirum ut potuerint non esse futura. Hæc autem contingencia non est nisi respectu alicuius causæ liberæ, id est, potentis ponere vel non ponere talem effectum, prout ipsa voluerit. Quicquid enim est à se, est necessariò ex vi suæ perfectionis essentialis, ita ut absolutè non possit non esse. Et quicquid est à causa naturaliter ac necessariò operante, est necessariò, postquam suâ causâ completâ, id est, cum omnibus ad operandum prærequisitis. Superest ergo ut quicquid est contingenter & liberè, sit vi alicuius causæ liberæ, id est, quæ in actu primo completa, habentque omnia ad agendum prærequisita, potest agere, vel non agere, ut liberit.

Contingencia non est nisi respectu causæ liberæ.

17
Nota secundo, futura libera esse in duplici differentia. Quædam quæ pendent à sola Dei voluntate, nullâ creaturâ liberè concurrènte. Alia verò, quæ pendent à libero concursu, vel à libera dispositione creaturarum. Priora omnia sciri à Deo facillè intelligitur. Dei enim decretum de huiusmodi futuris à se solo liberè ponendis infallibiliter, est Deo præsens & notissimum ab æterno. Quare saltem in suo decreto habet medium infallibile, quo ea cognoscat. De posterioribus verò difficultas est quomodo possint à Deo præsciri infallibiliter, cum neque in eorum causa, neque in decreto Dei de concurrendo si creatura velit, neque in aliis omnibus antecedentibus determinatione voluntatis creaturæ liberè futuram, habeat Deus in quo, velut indicio certo & infallibili, fundare possit suam notitiam, quæ debet esse certa & infallibilis. Nam postquam illis omnibus, effectus adhuc contingens est, potestque esse & non esse futurus. Quia causa libera est huiusmodi, ut postquam omnibus ad agendum prærequisitis, & quibuscunque antecedentes, se habentibus ad liberam suam determinationem, maneat libera ad utrumlibet, possitque effectum à se pendentem ponere, vel non ponere, ut voluerit: atque ut rectè ait D. Thom. quæst. 14. artic. 13. in corp. contingens non potest

certo cognosci in causa, quia causa contingens se habet ad opposita.

18.

Futura sunt duplicia: absolute, & conditione.

Notandum tertio, præter ea quæ sunt absolute futura, id est, quæ erunt absolute & re ipsa, alia esse futura conditionate tantum, id est, quæ re ipsa non erunt; sed essent si poneretur aliqua conditio, quæ tamen non ponetur. Vt quod Tyrus & Sidonij penitentiam egissent, si Christus apud illos miracula fecisset, quæ fecit apud Corozain & Bethsaida, Matth. 11. Quod si Christus Patrem rogasset, misisset illi plusquam duodecim legiones Angelorum, Matth. 26. Quod si David Ceilæ mansisset, Ceilani eum Saül tradidissent, 1. Reg. 23. & alia similia. Dixi, futurum a tantum conditionate; quia ultra duo membra diuisionis iam assignata, eorum scilicet quæ sunt re ipsa absolute futura, considerata et talia; & eorum quæ non nisi hypotheticè potest tertium membrum assignari de

Futura absolute sunt ratione prius futura sub conditione.

utque participans. Eorum nimirum quæ sunt quidem absolute futura re ipsa, sed ratione prius considerantur ut proposita sub conditione pendenti. Etenim quicquid absolute futurum est posita aliqua conditione quæ re ipsa ponetur: erat quoque ratione prius conditionate futurum, si poneretur eadem conditio: id est, veritas propositionis conditionate de tali re futura, est prior veritate propositionis absolute de eadem re: quia est prior subsistendi consequentiâ. Valer enim hæc illatio: Hoc erit in tali conditione quæ ponetur: ergo, hoc futurum erat, si poneretur talis conditio. Sed non valet ista: Hoc futurum esset si talis conditio poneretur: ergo hoc erit in tali conditione quæ ponetur. Nam fieri potest ut non ponatur conditio: & quominus non ponetur, non desinet esse verum, quod est hoc futurum, si conditio poneretur. Quare veritas conditionate propositionis est independens à positione absolute conditionis: & consequenter à veritate propositionis absolute, quæ non est sine tali conditione absolute posita.

Deus ratione prius scit futurum conditione, quam absolute.

Idcirco ratione prius est Deum scire de ipsis futuris absolute sub aliqua conditione ponenda, quod essent futura si conditio illa poneretur: siue conditio sit ponenda re ipsa, siue non. Essetque in Deo illa scientia, quamuis conditio non poneretur. Quod signum manifestum est, scientiam istam conditionatam non pendere à notitia absolute futurorum eorundem, sed esse illam priorem: quandoquidem inter eis non valet subsistendi consequentiâ. Si enim Deus scit quod si conditio hæc poneretur, foret hic effectus contingens; non sequitur quod sciat conditionem esse ponendam & effectum illum esse sequiturum: sequitur autem, quod si Deus sciat hanc conditionem esse ponendam, & talem effectum esse sequiturum: sciat quoque quod si hæc conditio poneretur, talis effectus sequeretur. V. g. sciebat fore, ut si Iohannis Niniuitis prædicare, Niniuitæ penitentiam egerent: sciebat, inquam, hoc independenter ab eo quod Iohannis esset re ipsa

prædicaturus Niniuitis, quamuis ea conditio esset ponenda re ipsa: sicut sciebat fore, ut Tyrus & Sidonij penitentiam egerent, si Christus apud eos miracula fecisset: sciebat, inquam, independenter ab ea conditione, ut re ipsa ponenda: quippe quæ de facto ponenda non fuit. De huiusmodi futuris conditionate dicemus sectione quinta.

De absolute vero, hoc est, re ipsa futuris, & non propositis seu consideratis sub conditione pendenti, dico esse de fide cognosci à Deo certissime. Probatur primò, ex Scriptura Psalm. 138. *Intellexisti cogitationes meas de longe semitas meas, & funiculum meum inuestigasti, & omnes vias meas prauidisti.* Daniel 13. *Deus æternæ quæ absconditorum es cognitor, qui nosti omnia antequam fiant.* Eccles. 23. *Oculi Domini multo plus lucidiores sunt super solem, circumspicientes orbis vias hominum, id est, sole clarius eas circumspiciunt; Et profundum abyssi, & hominum corda inuenies in absconditis partibus.* Domino enim Deo antequam creentur, omnia sunt agnita. Et cap. 39. *Opera omnis carnis coram illo, & non est quicquam absconditum ab oculis eius. A seculo, & usque in seculum respicit, & nihil est mirabile in conspectu eius.* Probatur secundò, ex frequentibus prædictionibus quæ de illis habentur in Scriptura ex Dei reuelatione ut de Abrahamitarum descensu in Aegyptum, & reuersione post quingentos annos, de Pharaonis induratione, populique Iudaici vexatione, & dura scitute sub Iliu iugo, de Iudæ prodicione, Petri negatione, Christi opprobriis & scelerata occisione, Iudæorum reprobatione propter ipsorum peccata, gentiumque conuersione, & aliis innumeris euentibus liberis, & à plurimorum libertate pendentibus, per Prophetas longè ante prædictis. Verissimum enim est quod ait Tertullian. lib. 2. contra Marcion. cap. 5. *Præscientia Dei tantos habet testes, quantos fecit Prophetas.* Probatur tertio, ratione manifesta. Nam euident est Deum scire quicquid est scibile: Est enim illimitatus in omni genere perfectionis, adeoque in genere scientiæ. Atqui absolute futura, sunt scibilia: quia verè sunt futura: quicquid autem est verum, est scibile quantum est de se, id est, modo non desit potentia sciendi ex parte cognoscentis: quæ Deo enti perfectissimo negari non potest. Probatur minor. Quicquid est in eo tempore quo est, erit verè futurum respectu totius temporis antecedentis ipsius existentiam. Futurum enim nihil est aliud, quam illud ipsum quod aliquando est, quodque præsens desinatur, respectu temporis cui coexistit: & futurum, respectu temporis præcedentis; & præteritum, respectu temporis subsequens. Ex gr. peccatum Petri negantis Christum, fuit præsens, respectu temporis quo negauit: futurum, respectu temporis antecedentis, in quo Christus prædixit negaturum: & præteritum, pro reliquo tempore subsecuto negationem. Ergo quàm verè præsens est peccatum, pro eo tempore quo existit: tam

Probatur Deum præscire futura libera.

Tertull.

Propositio de futuro contingit est scibile & determinatè vera.

verè est futurum, comparatum cum tempore precedente: & præteritum, comparatum cum tempore subsequente. At omnium consensu verè præsens est, id est, verum est esse præsens, pro eo tempore quo existit: Ergo etiam verum est quòd sit futuram, pro tempore antecedenti: & præteritum, pro subsequenti.

20. Confirmatur, quia quando aliquid actu est, licet liberè & contingenter, verè est in præsens. Ergo qui antea asseruit hoc ipsum futurum pro tunc, verè dixit. Existentia enim præsens pro tempore significato, non minus est mensura veritatis propositionis de futuro, quam propositionis de præsentibus vel de præterito. Ac generaliter ex eo quòd res est, vel non est, eo tempore quo significatur esse, vel non esse, propositio est vera, vel falsa: quia est conformis vel difformis obiecto. Confirmatur secundò, quia quando aliquid actu est, licet contingenter & liberè; est determinatè & distinctè id quòd est: non autem confusè tantum & distinctim, est aut non est: neque etiam simul est & non est. Quòd utrumque est, què impossibile. Ex. gr. Petrus quando actu peccat, distinctè & determinatè peccat, id est, determinat se ad tale peccatum, quòd re ipsa committit: & non tantum confusè, peccat vel non peccat: neque etiam peccat simul & non peccat. Ergo pro tempore antecedente verum erat determinatè quòd erat peccaturus in illo instanti: & propositio, quæ id enunciabat, erat determinatè vera, id est, distinctè vera, & non falsa: non autem confusè solum, vera vel falsa: quippe quæ erat distinctè conformis obiecto distinctè futuro, ac non tantum confusè & indeterminatè, conformis vel difformis obiecto, confusè tantum & indeterminatè futuro vel non futuro.

21. Confirmatur tertio, quia duarum propositionum contradictoriarum de futuro contingenti, etiam singulari, una est determinatè vera, & altera determinatè falsa. Ergo est à Deo scibilis. Antecedens probatur, primò quia una est determinatè conformis obiecto determinatè futuro, ut iam ostensum est. Secundò, si veritas incerta & indeterminata penderet inter utramque propositionem, & solum disiunctum esset verum, Petrus peccabit, vel non peccabit: ergo singula huius distincti in amora, seorsim sumpta, essent falsa. At hoc est evidenter impossibile: Si enim hæc est falsa, Petrus peccabit: ergo altera quæ dicit, Petrus non peccabit, est vera: quia est conformis obiecto. Tertio, omnis propositio à Deo revelata, est determinatè vera, & non tantum indeterminatè vera vel falsa. Sed Deus revelata una est duabus contradictorijs de futuro contingenti singulari, puta, Petrus peccabit: ergo illa est determinatè vera. Quarto, implicatæ medijs inter duo contradictoria omnino præcisa: quia implicat datæ medijs inter ens & non ens, seu inter esse & non esse. Estque illud principium evidens lumine naturali, Quòlibet est, aut non

est: & de quolibet verum est affirmare aut negare. Ergo impossibile est unam de duabus contradictorijs, quæ affirmat aut negat re esse, non esse veram, neque falsam. Idque siue affirmet aut neget pro tempore præsentibus, siue pro futuro, aut pro præterito. Neque enim minus contradictorium esset fore & non fore eodem tempore, aut præteritum esse & non esse præteritum: quam esse præsens & non esse præsens eodem tempore. Cumque res significata non sit simul futura & non futura, neque tantum indeterminatè futura vel non futura: sed sit vel distinctè futura, vel distinctè non futura: si non est futura, propositio quæ negat esse futuram, est vera distinctè & determinatè: ac non tantum confusè & indeterminatè vera vel falsa. Sin autem est futura: propositio quæ affirmat esse futuram, est vera: & altera quæ negat esse futuram, est falsa.

22. Obijcies primò: si propositio de futuro contingenti est determinatè vera vel falsa, ergo non est indifferentis: ergo nec contingens. Ergo tollitur contingetia, & omnia necessariò eveniunt. Respondeo, si est determinatè vera, non esse indifferentem ad verum vel falsum: esse nihilominus contingentem, quia est de obiecto contingenti, & contingenter licet determinatè futuro. Nam hæc duo non repugnant, quòd effectus sit contingens, & tamen determinatè futurus. Dicitur enim contingens, propter indifferentiam causæ, in actu primo. Dicitur autem determinatè futurus, propter futuram determinationem eiusdem causæ in actu secundo: quia scilicet causa quæ potest operari: non operari, re ipsa operata est, & sequè liberè ad illud determinatura, tempore per propositionem significato.

23. Obijcies secundò, præscientiam Dei non posse stare cum indifferentia futurorum contingentium. Primò, quia si scientia Dei est certa, & infallibilis, ut verè est: ergo omnia quæ Deus præscit futura, eveniunt certò & infallibiliter. Ergo nihil evenit liberè & contingenter. Secundò, si Deus præscivit ab æterno Petrum peccaturum, Petrus peccabit: adque omnino necessarium est hypotheticam necessitate, seu consequentiam. Et si Deum id præscire necessarium est absolute, oportet ut absolute necessarium sit id esse futurum. Atqui absolute necessarium est Deum scire omne verum. Ergo & omne futurum. Ergo Petrum esse peccaturum necessarium est absolute.

Respondeo, præscientiam divinam de futuris contingentibus, licet tempore præcedat existentiam illorum, rationis tamen ordine posteriorem esse eorundem futurorum: ita ut prius sit rem esse futuram, quam sciri à Deo esse futuram. Neque enim ideo, res future sunt quòd à Deo sciuntur: sed ideo sciuntur, quia future sunt, ut Iustinus Martyr, Orig. August. & alij Patres loquuntur. Joci infra citandi. Item, 30. Quare tota necessitas, infallibilitas, & certitudo, ex parte scientiæ divinæ desumpta, est tantum con-

Dei præscientia nõ officit liberati futurorum contingentium.

quens; non tollens vsum libertatis, sed ipsum potius necessario præsupponens, atque actum ab ipso liberè positum pro tempore in propositione significato. Sicut autem posito quòd loquar, aut ambulem, non possum non loqui, aut non ambulare, atque id certum, & infallibile, & necessarium est, vt scilicet ambulem, posite quòd ambulem, quamuis absolute liberè ambulem: sic &c. Porro sicut res contingentes, seu futura, seu præsentis, seu præterita, non sunt absoluta necessitate; ita neque sciuntur absoluta necessitate, sed ita vt poterint nesciri, sicut poterunt non esse. Ex suppositione autem quòd sint, aut tales sint; sciuntur à Deo necessario, necessitate tamen non absoluta, sed quæ supponit rem liberè esse, vel fore.

24.

Dices scientiam Dei esse causam rerum ex D. Thoma quaest. 14. a. 8. in corp. ergo præcedit. Et si est certa, & necessaria; effectus erit certus & necessarius propter illam. Respondeo non omnem scientiam Dei esse causam rerum, & specialiter scientiam visionis non esse causam rei visæ aut prævisæ; sed illam quæ Deus nouit res possibili, secundum esse possibile, & per quam potest illas efficere, & secundum eam velle efficaciter vt sint, atque applicare vim suam effectiuam ad illas producendas. Contingentia vero absolute futura ex libertate creaturæ, vt cognoscantur à Deo quæ talia, supponunt determinationem creatæ voluntatis, liberè futuram; atque scientia Dei circa huiusmodi contingentia, est ratione posterior determinatione illa futuræ.

Instabis, quia quicquid à Deo extra se producit, ex cognitione sui producit. Atque ipsamet existentia rei producit: Ergo ex cognitione existentia producit. Ergo non tantum cognitio possibile est causa rerum, sed & cognitio existentium. Respondeo existentiam quidem produci, sed ex cognitione sui vt possibile & effectibilis, non autem vt actualis seu actu posita. Similiterque omnis res quæ extra Deum est, producit ex cognitione sui vt effectibilis, & passibilis; non autem ex cognitione sui vt actu existentis.

25.

Notandum autem, quòd aliquid futurum fit, non esse causam propriam, neque rationem perfectam cur Deus sciat: sed esse occasionem potius, & materiam, vel obiectum. Præcipua autem ratio est ineffabilis Dei perspicacitas, quæ omnem veritatem attingit: quæ tamen secundum rationem supponit obiectum; & inde sequitur, non autem ex scientia Dei, vt quòd futurum est, non possit non esse futurum in sensu composito, id est, stante scientia. Sed hæc necessitas est tantum ex suppositione quòd obiectum futurum sit: non enim potest simul esse futurum & non futurum: quamuis possit absolute non esse futurum.

SECTIO IV.

Quomodo stet libertas creaturarum cum diuina præscientia futurorum?

VT autem plenius satisfiat difficultati ultimo loco propositæ, meliusque declaratur, quomodo stet libertas creaturarum cum præscientia quam Deus habet ab æterno de ipsarum actibus liberè futuris, in quibus duobus conciliandis laborat multorum imaginatio: adeo vt nonnulli difficultate victi, vt homines facerent liberos, fecerint sacrilegos, inquit S. August. lib. 5. de ciuit. cap. 9. id est, præscientiam futurorum liberorum Deo sacrilegè negauerint, vt homines liberos esse affirmarent, quasi non aliter saluæ eorum libertas esse posset.

26.

August.

Considerandum est primò præscientiam quam Deus habet de futuris liberè, non esse causam cur sint futura, neque in illa influere villo modo: sed esse actum purè speculatiuum, inmanentem in Deo, & non operatum ad extra; quo Deus merè contemplatur & videt obiectum sibi exhibitum à creatura: cui obiecto Deus se se accommodat, cognoscendo illud sicut ei offertur à creatura: non cogniturus nisi offerretur: atque oppositum præuisurus, si oppositum à creatura fieret. Itaque Deus se habet quoad huiusmodi præscientiam, instar speculi representantis liberos gestus, & motus hominum ipsi oppositorum. Aut instar hominis, qui è specula vel turri eminenti, videret ea quæ in plantis subiecta liberè fiunt, prospiceretque aliquos in fossam latentem casuros: vel in hostium insidias, quas videt esse paratas, incururos. Manifestum est autem quòd istius visio, aut præuisio, nullam imponit necessitatem obiectis, quæ perinde se habent, perindeque operantur liberè, ac si iste non videret. Neque enim visio purè speculatiua, & otiosa, quicquam in causis ponit, vel in effectibus, ex quo necessitas operandi oriatur. Euidens item est speculum representans ea quæ sibi obijciuntur, non obesse libertati causam obijcientium, & contingentia effectuum. Neque minus euidens est præscientiam diuinam non oblere libertatem creaturarum, si non est causa liberè futurorum, sed purè speculatur creaturas liberè operantes, earumque effectus; representatque solum id quòd illæ sibi obijciunt, sese illis conformando, & quasi earum arbitrium sequendo. Nam actus qui tantum videt causam liberè operantem, non impedit ne liberè operetur, sed potius supponit eam liberè operari, quia supponit aliquo modo obiectum quòd videt, prius saltem subsistendi consequentia. Si enim videt, verè scilicet & infallibiliter; sequitur esse obiectum quòd videt, eo modo quo videt. At non contra, si est obiectum, sequitur necessariò ab intrinseco & vt solius antecedentis, videri. Potest enim quæratur est de se, esse, & non

27.

Dei præscientia futurorum est purè speculatiua.

videri. Imò etiam supponitur tale obiectum ratione priùs ordine velut causalitatis, per modum occasionis determinantis intellectum diuinum, de se indifferentem ad cognoscendum hoc, aut illius oppositum, quòd loco istius esse potuit & cognosci: vt dicemus paulò post.

28. Dices esse differentiam: quia Deus non videt tantum liberos effectus creaturarum, quando existunt: sed eos antè ab æterno prævidet. Itaque eius præscientia antecedit: eà verò positã non potest effectus non esse futurus, quia Dei præscientia infallibilis est. Ergo Dei præscientia nocet libertati creaturarum.

Respondeo primò, si Dei præscientia perinde se habet merè speculatiuè circa rem liberè futuram, atque visio se habet circa rem liberè existentem & præsentem: non magis obest libertati causæ creatæ, & contingentia effectus, præscientia, quàm visio. Neque enim magis mutat vel afficit causam creatam; sed speculatiuè tantum se habet circa illam, contemplando quid liberè operatura sit. Assicut simplex recordatio, id est, cognitio speculatiua rei præteritæ liberè factæ, non obest libertati causæ quæ liberè eam posuit eo tempore quo extitit: ita simplex præuisio, & pura contemplatio rei liberè futuræ, non obest libertati causæ illam liberè producturæ. Actus enim veræ cognitionis non destruit suum obiectum, sed potius illud ratione præsupponit. Quare si cognoscit causam liberè operaturam, supponit fore exercitium liberum causæ.

29. Respondeo secundò ex D. Thoma quæst. 14. a. 13. Deum cognoscere futura contingentia in præsentia sua ternitatis; id est, vt tangè intelligi debet, futura contingentia, quamuis existant in tempore, perinde tamen se habere respectu intellectus diuini, id est, virtutis & sufficientia, quam Deus habet ea intelligendi, ac si existerent ab æterno, essentque illi actualiter & realiter præsentia. Nimirum quia Deus, ex infinita eminentia sua intelligentia, tam est potens ac sufficiens videre & speculari ab æterno, ea quæ sunt in tempore futura; quàm nos potentes sumus ad videndum ea quæ oculis nostris actu exhibentur. Sicut autem facultas & sufficientia, quam habemus videndi ea quæ oculis nostris actu obijciuntur, non obest libertati causarum operantium; vt manifestum est, perindeque illæ operantur liberè, ac si à nobis non viderentur operari. Ita virtus infinita intelligendi, & sufficientia, quam Deus habet ad prævidenda ab æterno futura, perinde ac si ab æterno essent illi realiter præsentia, non officit libertati causarum liberè operaturarum. Estque euidens ipsã experientiã, nos perinde eligere quod volumus: vt loqui hic & nunc, vel non loqui; ambulare, vel non ambulare; dare eleemosynam pauperi petenti, vel non dare; perinde ac si nulla esset in Deo præscientia euentus futuri.

30. Considerandum secundò, non modò præ-

scientiam diuinam non esse causam euentus liberè futuri à Deo præsciti; sed contra, potius esse quodammodo eius effectum, & ratione illum subsequi. Quatenus intellectus diuinus de se indifferentis ad cognoscendum illud esse futurum, aut eius oppositum, determinatur occasionaliter ab eo quod futurum est, vt cognoscat illud esse futurum. Aliquod inquam, modo esse eius effectum: non quidè proprie, quia Dei cognitio proprie non causatur, neque fit obiecto concurrente ad illius effectiorem, determinando causaliter per se ipsum, aut per speciem sui impressam diuino intellectui: sed tantum postulat futurum contingens tanquam occasionem, & tanquam obiectum ad quod terminetur: ita vt non possit illud scire, nisi futurum sit; & ratio cur Deus præsciat, fit quia est futurum: non autem ratio cur sit futurum, fit quia Deus præscit: & quamuis Deus non præsciat, esset æquè futurum. Vnde est prioritas tum rationis ordine, quatenus præscientia est, quia obiectum futurum est; non contra: tum etiam in subsistendi consequentia, quatenus si obiectum præscitur fore, futurum est: sed quamuis non præsciretur, non sequitur per locum intrinsecum quòd non esset futurum.

Hanc secundam prioritatem docet Origenes lib. 3. in Epist. ad Rom. explicans illa verba cap. 8. *Quos præsciuit & prædestinauit &c.* vbi sic ait: *In præscientia Dei neque salutis, neque perditionis nostra causa consistit &c.* non enim propterea erit aliquid, quia id scit Deus futurum: sed quia futurum est, scitur à Deo antequam fiat. Nam estis fingitis Deum non præscire aliquid futurum, sine dubio eris. Quibus vtiuis verbis docet Origenes esse aliquam prioritatem obiecti ad præscientiam diuinam in subsistendi consequentia, quã prius esse dicitur in a quo non valet vice versã subsistendi consequentia ab intrinsecò. Non valet autem, si est futurum, præscitur à Deo esse futurum: Quia licet non præsciretur per locum intrinsecum; futurum tamen esset. Valet tamen, quòd si à Deo futurum esse præscitur est, futurum. Alteram verò prioritatem rationis, & quasi causalitatis, tradunt Iustinus Martyr, quæst. 58. ad Orthodoxos, vbi reddens rationem cur Dei præscientia non fuerit causa peccati Adæ, & Angelorum, sic loquitur: *Non est præscientia causa eius quod futurum est: sed, quod futurum est, causa præscientia.* Siquidem non præscientiam consequitur futurum: sed futurum consequitur præscientiam, & haudquaquam præscius est causa futuri: Et Athanas. in serm. de pass. & cruce Domini, multò ante medium. *Neque vt inseruientes propheticis verbis ista contra Christum quasi sunt: sed suo ipsimet studiosissime, volentesque illa perpetrarunt, vt non Prophetarum rerum auctor sit, aut causa: sed ipsorum voluntas.* Quia potius ipsi in causa fuerunt, vt talia de ipsis Prophetæ prædicarent. & Chrysostr. hom. 60. in Matth. paulò post inia. *Non enim quia futura scandala prædixit, idcirco veniunt: sed quoniam omnino ventura erant, idcirco prædixit.* Similia habent Cyrillus Alexand. lib. 9. in Ioann. cap.

Præscientia diuina est ratione posterior euentu liberè futuro, & velut illius effectus.

Origenes longe post medium libri cit.

Iustinus

Athanas.

Chrysostr.

Figura contingentia quo sensu sint Deo præsentia ab æterno.

Epiphanius
Damascenus

16. in fine, & lib. II. cap. 21. post medium, & Epiphanius lib. I. hæresi 38. post medium, & Damascenus in lib. contra Manichæos prope finem, cuius verba hæc sunt: *At verò ut ea quæ facturi sumus præsciat Deus, à nobis præsciscit. Est quidem Dei præscientia vera & infallibilis. Verù ipsa nequaquam est causa cur omnino fiat quod futurum est. Quin potius, quia hoc aut illud facturi sumus, idcirco præscit.* Eodemque modo loquuntur Patres Latini, ut Hieronymus.

Hieronimus

in cap. 26. Ieremiæ, ferè in initio. *Non enim, inquit, ex eo quòd Deus scit futurum aliquid, idcirco futurum est: sed quia futurum est, Deus novit quasi præsciens futurorum.* & Augustinus lib. 5. de Civitate, c. 10. in fine, *Neque enim ideo peccat homo, quia Deus illum peccaturum præscit: imò ideo non dubitatur ipsi peccare, cum peccat, quia ille, cuius præscientia falli non potest, non fatum, non fortunam, non aliquid aliud, sed ipsum peccaturum esse præscit, qui si nolit, utique non peccat. Sed si peccare noluert, etiam hoc ille præscit.* Nimirum quia sese accommodat libertati creaturæ, neque aliud præscit, quàm ipsa liberè fecerit aut omiserit: adeo ut determinatio libera creaturæ sit occasio & mensura illius præscientiæ.

Augustinus

Et denique Anselmus in Elucidario, circa medium: *Omnia quæ futuri homines erant facturi, Deus futura præscit, & per prophetas sententia prædixit. Nò tamen sua præscientia aliquam necessitatem intulerit ut fierent: sed potius ipsi necessitatem intulerunt, cum suam voluntatem expleverunt.* Id est, ipsi fuerunt causa necessitatis consequentiæ, tum ut futura essent, ex suppositione quòd homines essent ea liberè futuri: est enim impossibile ut simul sint futura & non futura: tum etiam ut Deus ea præsciret esse futura: est enim impossibile Deum nescire aliquid possibile, & ignorare futurum esse id quod futurum est.

Anselmus

31.

His Patrum testimonijs accedit ratio manifesta. Quia scientia quæ est causa operis, est illa quæ dirigit voluntatem, & potentiam artificis, ex cognitione operantis, in tali opere efficiendo. Scientia verò illa quæ non dirigit artificem, sed perinde opus fieret, quàmvis illa non esset, manifestè non est causa operis; sed potius est ratione posterior illo, si talis scientia ex natura sua non possit esse sine tali opere, contra verò tale opus esset, quamvis per possibile vel impossibile non esset talis scientia. Atqui præscientia diuina de liberè absolutè futuris, est huiusmodi, ut supra offendimus: ergo &c. Confirmatur exemplo artificis creati. Nam scientia quæ ipsum dirigit in opere artificiosè efficiendo, est cognitio illius ut factibilis, & modus quo fieri debet: non autem visio & contemplatio eiusdem artefacti ut existentis, & iam facti, quæ opus factum præsupponit. Præscientia verò diuina, quamvis tempore antecedens ab æterno res futuras, est factalis illi visioi artificis, & æquè purè speculativa sui obiecti, ut diximus num. 20. Quæ autem in contrarium obijci solent ex Augustino lib. 6. de Trinitate, cap. 10. & lib. 15. cap. 13. Et Gregorius 20. Moralium, cap. 24. soluta vide apud Vasquez.

Vasquez

disp. 68. cap. 6. & Valentinus Herice disp. 10. cap. 1. num 7. eademque inferius à nobis diluuntur disp. 12. sect. 9. num. 55.

Hel. ecc. 32.

Considerandum est tertio, duplicem esse necessitatem: antecedentem scilicet, & consequentem. Antecedens est illa quæ non provenit ex aliqua suppositione antecedente vsu libertatis, id est, cuius existentia nullo modo pendet ab vsu nostræ libertatis: ita ut non fuerit in potestate nostra talem suppositionem ponere, vel illam impedire. Consequens verò est illa quæ provenit ex suppositione consequente vsu libertatis, id est, pendente aliquo modo à libertate nostræ voluntatis: ita ut non esset talis suppositio, & necessitas ex ea facta, nisi voluntas nostra se liberè determinaret, aut determinatura esset, vel iam in præterito se determinasset. Ac sicut potest absolute voluntas non se determinare ad actum, quem liberè elicit: ita potest efficere ut nunquam talis suppositio sit in rerum natura. Huiusmodi necessitas est, quòd aliquid sit, ex suppositione quòd sit, quamvis liberè sit. Quia stante suppositione, non potest non esse, id est, in sensu composito non potest simul esse & non esse. Parique modo ex suppositione quòd aliquid futurum sit, necessarium est illud esse futurum: quia stante hypothese quòd sit futurum, non potest non esse futurum: neque enim potest simul esse futurum, & non futurum in sensu composito: id est, voluntas libera non potest componere & coniungere esse futurum, & non esse futurum eisdem rei. Quàm enim implicat coniungi simul esse & non esse: tam implicat simul componi futurum esse, & non esse futurum. Sic etiam necessarium est esse, id quod in fallibiliter videtur esse, ex suppositione quòd videatur. Et fore suo tempore, id quod in fallibiliter præscitur fore tali tempore, ex hypothese quòd præscitur. Quia talis visio, & præscientia supponit rem esse vel fore, ut videtur, aut prævidetur. Supposito autem quòd res sit, non potest stante suppositione non esse: neque potest non fore, stante hypothese quòd futura sit.

Necessitas duplex, antecedens & consequens.

33. Necessitas antecedens excludit libertatem.

Prior necessitas, nempe antecedens, excludit libertatem. Deus qui necessario sequitur ex suppositione antecedente in sensu composito, quamvis in sensu diuiso, id est, remota illa suppositione, voluntas liberè operatura esset. Ex. gr. suppositio visioi beatificæ, amor Dei non elicitur liberè à Beato: quia suppositio illa non pendet à libertate Beati: & composita, non potest Beatus non amare in sensu composito, id est, coniungere negationem amoris cum visione beatifica, seu videre Deum, & simul non amare. Quamvis in sensu diuiso, id est, remota visione, posset non amare. Ratio cur hæc necessitas tollat vsu libertatis, est, quia quando necessitas est antecedens; tunc non est in potestate voluntatis, vel impedire aut tollere suppositionem, vel efficere ut existente tali suppositione, non sit actus, qui ex illa necessario sequitur.

34
Secus autē
consequens.

Posterior verò necessitas, id est, consequens, relinquit integrum usum libertatis, quia necessitas quæ est consequens ad usum libertatis, non tollit potentiam antecedentem ad usum libertatis, per quam hæc ipsa necessitas est posita: sed potius illam præsupponit, eiusque liberum exercitium, veluti causam aut rationem cur sit. Et quamuis voluntas ex suppositione quoddam liberè operetur, non possit tollere vel impedire illationem, quæ necessariò inferimus talem actum esse, ex suppositione quòd sit; neque stante suppositione possit illum omittere in sensu composito, ponendo simul & non ponendo, seu componendo actum cum eius negatione. Potest tamen absolute & antecedenter spectata, non ponere actum: ac proinde impedire suppositionem positionis actus, & necessitatem ortam ex tali suppositione: atque idcirco libera est ut actum ponat vel non ponat: quia suppositio quam ipsa liberè facit, & necessitas consequens talem ex tali suppositione, ab illaque dependens, non destruit causam quam supponit, & vi cuius solius ponitur.

35
Necessitas
ort ex
præscientia
Dei est rã-
um conse-
quens.

Talis autem est necessitas quæ sequitur ex præscientia divina. Nam Dei præscientia de actibus futuris libertatis creata non est nisi ex hypothesi quòd talis actus voluntatis creata sit liberè futurus. Ergo necessitas quæ sequitur ex hypothesi diuinæ præscientiæ in sensu composito, est necessitas consequens ex suppositione liberi vsus creatæ voluntatis: quæ sicut potuit actum illum non ponere; ita potuit facere ut Deus illum non prævideret: & consequenter potuit impedire necessitatem, quæ sequitur ex Dei prævisione in sensu composito. Ratio est, quia videns aut prævidens actum, ratione saltem subsequitur actum illum, & exercitium liberum causæ circa illum: ita ut videat aut prævideat tantum, si ponatur, & ex suppositione quòd ponatur: si autem non ponatur, non videat aut prævideat. Sicut autem qui videt alium liberè currentem, ideo videt, quia ille currit, & non videret nisi curreret: estque in libera potestate currentis facere ut alter videat vel non videat: quia in eius libera potestate est currere vel non currere. Ad denique manifestum est quòd mea visio non imponit illi necessitatem currendi: Quamvis posito quòd liberè currit, non possit simul non currere: & posito quòd currit, non possit simul non esse cursus, qui verè videtur esse: sic Deus præsciens ab æterno actus liberos futuros à creatæ voluntate, ideo illos prævidet quia futuri sunt, non præviturus si non essent futuri. Estque in libera potestate voluntatis creatæ facere ut Deus præviderit, vel non præviderit: quia in eius libera potestate est, ponere actum vel non ponere. Quamvis posito quòd sit liberè futurus, non possit simul non esse futurus, & non possit Deus non scire futurum esse. Et ex suppositione quòd sciatur à Deo esse futurus, non possit non esse futurus: quia non scitur à Deo esse futurus nisi

ex hypothesi quòd sit futurus; & ex hypothesi quòd sit futurus, non potest simul esse non futurus in sensu composito.

Quæres, an sit evidens ratione naturali Deum præscire futura contingentia? Respondeo affirmatiuè cum Suare disp. 30. Metaphys. sect. 15. num. 28. & communi sententia. Evidens enim est ratione naturali huiusmodi futura esse scibilia, quantum est de se, id est, si non desit facultas ex parte cognoscentis: quia sunt vera determinatè & distinctè, ut in præcedenti sectione euidenter ostendimus. Evidens item est lumine naturali intelligentiam diuinam esse illimitatam, & scire quicquid est scibile. Ex quibus duobus conficitur hæc demonstratio: Omnia scibilia sciuntur à Deo. Futura omnia contingentia sunt scibilia: ergo futura omnia contingentia sciuntur à Deo, & quidem formaliter quæ futura sunt, quia quæ talia, sunt verè scibilia, ut antea demonstrauimus. Quare merito S. August. lib. 5. de ciuit. cap. 9. initio: ait, aperitissimam esse infamiam confiteri esse Deum, & negare præscium futurorum. Nimirum quia cui est evidens Deum esse, evidens pariter esse debet Deum esse omniscium, ac proinde non esse ignarum eorum quæ futura sunt.

36.
Evidens est
naturaliter
Deum præ-
scire futura
libera.

August.

Contrarium sentit Hegece disp. 6. num. 3. & sequentibus, vbi negat posse ratione naturali demonstrari Deum hæc futura præscire. Quia, inquit, si demonstratiuè possemus ostendere Deum hæc futura præcognoscere, euidenter nobis innotesceret modus cognoscendi, seu medium, aut obiectum, in quo præcognoscitur. At ille modus non est nobis euidenter notus, & Suares ipse fatetur, aliquot plurimi eruditi Theologi. Respondeo primò, sæpe nobis constare euidenter aliquid esse, quamuis non constet nobis euidenter modus quo sit, vel ratio & causa cur sit. Secundò, evidens esse, ut fatetur hic Author n. 4. Deum cognoscere futura, si ipsa habent, antequam in se existant, cognoscibilitatem obiectiuam: evidens, inquam, esse naturaliter, ex infinitudine simpliciter scientiæ Dei, quam nihil cognoscibile latere potest. Atque euidenter demonstratur huiusmodi futura habere, antequam in se existant, cognoscibilitatem obiectiuam. Euidenter enim demonstratur esse vera. Euidenter autem quicquid est verum, est cognoscibile, quantum est de se. Habet enim quicquid ex parte sui requiritur, ut terminet cognitionem, utque sit illi conforme. Et quemadmodum præteritum, quamuis amplius non sit, est tamen cognoscibile quantum est de se, hoc ipso quòd verum est, esse præteritum: neque potest ignorari ab eo qui ex necessitate & infinitudine sup perfectionis, cognoscit omne verum: ita futurum &c. Tertiò deniq; dico, ei cui evidens est Deum ratione sua scientiæ infinitæ simpliciter posse attingere omne verum; evidens pariter esse, si verè rem agendat, tantam perfectionem diuinæ intelligentiæ nihil aliud requirere ex parte obiecti, ut possit illud attingere, nisi ut sit verum.

37.
Hegece.

Quare nullum medium cognitum, vel incognitum, est illi necessarium, neque alia ratio sciendi, quam ex parte obiecti veritas, & ex parte sui infinita perspicacitas, & vis tanta intelligendi, vt possit attingere omne verum, eo ipso quod verum est.

SECTIO V.

De scientia Dei circa libera conditionate futura.

38.

Futura libera conditionata sunt duplicia.

Hucusque ostendimus Deum præscire contingentia absolute futura. Iam de liberis conditionate futuris dicendum est. Ac primò supponendum futura libera conditionata esse duplicia. Quædam quæ re ipsa sunt tantum futura conditionate, ac de facto nunquam erunt, quia nunquam ponetur conditio, quæ posita forent: Cuiusmodi erat, quod si Dauid remanisset in Ceilan, Ceilani eum Sauli tradidissent. Quodque si Christus Tyrijs & Sidonijs prædicasset, & miracula coram illis patrasset: egressent pœnitentiam in cilicio & cinere. Alia sunt futura conditionate, non exclusiue vt priora, id est, excludendo actum existentia aliquando re ipsa futura; sed præcisiue; quæ scilicet, quamuis sint re ipsa futura, & conditio fit aliquando ponenda: considerantur tamen aut proponuntur intellectui, abstrahendo ab actuali futuritione, & ab eo quod conditio ponenda fit. Cuiusmodi sunt hæc propositiones: Si Petrus tali modo tenetur, negabit Christum. Si Christus Iudæis prædicet, ab illis malitiosè reijcietur & crucifigetur.

39.

Præscientia Dei vt præcomprehendit.

Supponendum est secundò scientiam Dei conditionatam hæc omnia futura complecti, & de vtrisque esse quæstionem eum disputatur, an Deus præsciat futura conditionate vt bene aduertit Didac. Ruiz disput. 61. de scientia Dei sect. 1. n. 2. c. 3. Ideoque malè nonnullos affirmare quæstionem tantum esse de illis futuris conditionate, quæ de facto nunquam erunt. Quin potius hæc quæstio maxime controuertitur, eiusque veritas præcipue defenditur propter futura conditionate præcisiua: id est, propter ea quæ licet futura sint, considerantur tamen abstrahendo ab eo, quod sint futura, & ratione prius quam sint, aut quam cognoscatur esse absolute futura. Nam scientia Dei conditionata, seu media, defenditur præcipue ad explicandum quomodo Deus salua & illæsa libertate creaturæ, possit eam inspicere quod voluerit, adhibendo media quæ per scientiam mediam præuidet habitura effectum, & obtentura consensum liberum. Ex. gr. quomodo in negotio prædestinationis, voluntas Dei efficax, etiam antecedens secundum multos, non officiat libertati actuum, per quos electi saluantur: quia scilicet Deus præsciens qui quæuis creatura libera, in quacunque conditione, & in quibuscunque circumstantijs sit operatura; con-

stituit creaturam in ea conditione & circumstantia in qua præuidet fore, vt si ponatur, liberè operetur id quod Deus efficaciter vult.

Nec obest quod eiusmodi futura transeunt in absoluta, posito quod conditio futura sit; fuit autem futura ab æterno, & fuit semper talis à Deo præuisa. Respondeo enim duplicem nihilominus esse propositionem, duplicemque veritatem, quarum vna nunquam transit in alteram, sed vna alteri supponitur, estque magis independens. Vna est conditionata, v. g. si Saulus tali modo vocetur à Christo, conuertetur, & fiet vas electionis. Quæ propositio eiusque veritas, non pendet ab eo quod vocetur re ipsa, neque supponit actuale decretum Dei de ipso vocando, perindeque vera est quæuis nunquam vocaret: neque ab illa valèt subsistendi consequentia. Altera est absoluta; Saulus tali modo vocatus à Christo conuertetur, & fiet vas electionis. Et huius veritas pendet ab eo quod vocetur re ipsa, supponitque Dei decretum actuale de vocando: & ex illa inferitur necessariò veritas conditionata de eodem obiecto. Si enim verum est quod Saulus ita vocatus conuertetur, verum est etiam quod si ita vocaretur, conuerteretur. Et id quod fit absolute posita conditione, detegit veritatem conditionate propositionis de eodem obiecto sub conditione præcise propositionis. Sicut autem est duplex veritas: ita est duplex scientia in Deo, cum eodem ordine prioritatis. Nulla enim est veritas, quam Deus non attingat suâ scientiâ infinitâ: quæ alioqui non esset illimitata, si daretur aliquid verum & scibile, quod non attingeret.

Supponendum est tertio, propositiones hypotheticas de euentu libero sub conditione futuro, duplices esse. Vnas, quæ significant illationem, seu consecutionem vnius ex alio, id est, vnum sequi ex alio, ac vi illius antecedentis inferri hoc consequens, siue necessariò, siue probabiliter tantum. Cuiusmodi sunt hæc propositiones: Si oculus tuus simplex fuerit, totum corpus tuum lucidum erit, Luc. 11. Si hoc scitis, beati eritis si feceritis ea, Ioann. 13. Si diligeritis me, ganaberitis vniuersum, quia vado ad Patrem, Ioann. 14. Si talis femina filium haberet, illum diligere. Si quis diu manserit in statu peccati mortalis, incidet in noua mortali. Et de veritate aut falsitate huiusmodi propositionum, iudicandum est ex necessitate vel probabilitate illationis, quam affirmat aut negant. Sicut enim vera si sequitur vnum ex alio, ac vi illius antecedentis, prout affirmant. Falsa, si fecus. Hoc autem à Deo cognosci, non potest rationabiliter dubitari: neque id nunc vocatur in controuersiam. Alia sunt quæ significant tantum simplicem connexionem liberam, & existentiam vnius, posito alio vel illius occasione, aut velut præsuppositione pertinente ad ipsum. Vt, Si offerretur Petro occasio Martyrii, constanter pro Christo moreretur. Si Dauid Ceila remaneret, Ceilani eum Sauli tradent.

40.

41. Propositiones hypotheticæ sunt duplices.

trahent. Si Tyrus & Sidonij Christum predicantem audirent, poenitentiam agerent. Et de huiusmodi futuris liberis sermo est in presenti disputatione. Dixi autem; *posito alio velut illius occasione aut praesuppositione ad ipsum pertinente*: quia existimo particulam, si, hoc saltem postulare ad veritatem talis propositionis, in sensu hypothetico sumptam, & verè hypotheticam. Significat enim aliquam connexionem vnus cum alio, non vt causam illationis, saltem vt occasione existentiam, aut praesuppositionem ad ipsam aliquo modo pertinente. Quare si fiant hypotheticae propositiones inter merè disparata & impertinentia, nulloque ex his modis connexa; sunt omnes falsa: quia significant connexionem quae non est. Quales sunt istae: Si Tiberius Romae regnauerit, Iudas Christum proderit. Si Nero matrem occiderit, Paulus Euangelium praedicabit. Si Turca dormierit Constantinopoli, Petrus Burdegala Christum orabit. Dico autem, si nulla sit connectio inter membra huiusmodi propositionum, ne occasionalis quidem, aut praesuppositio, nis ad rem pertinentis, neque ex parte ipsorum, neque ex parte decreti Dei, vel alterius qui statuerit vnum ponere, vel procurare, aut permittere, praesupposito alio, vel requisito, velut occasione procurandi, ponendi, aut permittendi. Quod si huiusmodi propositiones significarent tantum simplicem coexistentiam obiectorum: iudicandum esset de illarum veritate ex eorum coexistentia. Essent enim vera, modò futura esset coexistentia, prout enunciatur. Sed tunc non sunt proprie hypotheticae, nec sensum habent hypotheticum, meliusque exprimerentur per particulam, *Quando*: vt cum dicitur, si venatum iueris, tonabit. Si tali de peregrinationem suscipias, pluet, & iter erit valde incommodum.

42. Deus cognoscit omnia libera conditionata futura.

Primum argumentum ex Scriptura.

His praesuppositis concludendum est Deum certò & infallibiliter cognoscere omnia libera conditionate futura. Probatur primò ex Scriptura, quae pluribus locis hanc scientiam Deo tribuit, etiam circa conditionata nunquam absolute futura. Primus locus ex illustrioribus habetur 1. Reg. 23. vbi Dauid ita Deum interrogat: *Domine Deus Israel, audiuit samam seruus tuus quod disponat Saül venire in Ceilam, & euertat urbem propter me. Si tradent me viri Ceila in manus eius? Et ait Dominus: Descender. Dixitque Dominus: Si tradent me viri Ceila, & viros qui non sunt in manus Saülis? Et dixit Dominus: Tradent.* In quibus verbis ad primum, Dauidem interrogasse, non de presenti solum affectu Saülis, & Ceilanorum; sed de euentu futuro, *si tradent me &c.* Hæc enim verba proprie, vt debent quantum fieri potest, intellecta, significant futurum. Secundò, euentum illum fuisse tantum futurum conditionatè. De facto enim Dauid non remansit Ceila, neque ibi expectauit donec Saül veniret, & à Ceilanis illi traderetur. Quare nunquam futurum fuit absolute vt traderetur: Tertiò, Deum absolute,

ac sine vlla modificatione suae assertionis respondisse de Saule, *Descender*: & de Ceilanis, *Tradent*. Ergo vtrumque praesiebat certò & infallibiliter. Imprimò enim esset & blasphemum, dicere, Deum sic asserendo exposuisse suam assertionem periculo falsitatis. Adde quòd Deus secundum suam mentem respondit, il est, secundum id quod habebat in cognitione: ergo habebat in cognitione quòd tradere. At qui omnis Dei cognitio est certa, euidens, & infallibilis. Diuinitas enim non opinatur, vt per se notum est, & rectè asseritur à D. Aug. tract. 37. in Ioan. paulò post initium. Quare denique aduerte Deum respondisse de futuro euentu: tum quia de illo interrogabatur à Dauid; respondit autem illi, secundum sensum eius interrogationis: tum etiam quia verba proprie sumpta, vt debent quantum fieri potest, futurum euentum significant, *Descender, Tradent*. Tum denique quia SS. Patres sic illud Dei responsum exponunt. Omnium instar erit S. Hieronymus, optimus Scripturae Hieronym. terpres, qui in traditionibus Hebraicis circa caput 23. lib. 1. Reg. sic locum citatum exponit: *Si tradent me viri Ceila in manus eius, & si descender Saül &c. Et ait Dominus: descender. Ac si diceret, si hic steteris; descender. Et quòd ait, si tradent me viri Ceila: & Dominus ait, tradent. Iste est sensus: si descender Saül: & hic te inuenerit, tradent. Quibus verbis nihil clarius dici potest ad significandum id quod erat futurum sub conditione. Dauid Ceila remansisset.*

Alter locus habetur Matth. 11. & Luc. 43. 1. vbi Christus sic exprobrat. *Ve tibi Corozaim, & Bethsaida, quia si in Tyro & Sidone facta essent virtutes, quae facta sunt in vobis, olim in cilicio & cinere poenitentiam egissent. Verumtamen dico vobis, Tyro & Sidoni remissius erit in die iudicij, quam vobis. Et tu Capharnaum, nunquid usque in caelum exaltaberis? Usque in infernum descendes, quia si in Sodomis facta fuissent virtutes, quae facta sunt in te, fors mansissent usque in hunc diem.* In quibus Christi verbis nota primò, sermonem esse de euentu tantum conditionatè futuro; & qui nunquam absolute fuit: nempe de poenitentia Tyrionum, & Sidoniorum, si Christus apud eos miracula fecisset: quae poenitentia re ipsa non fuit, neque futura fuit absolute, quia Christus apud eos miracula non fecit. Secundò, Christum absolute asserere futuram fuisse talem poenitentiam sub tali conditione. Ergo nouerat illam futuram, itaque certò & infallibiliter, quia Christus non opinatur, sed omnis eius cognitio, certa, & infallibiliter vera est. Et blasphemum esset existimare tam grauem Christi assertionem fuisse expositam periculo falsitatis: cum Christus, etiam vt homo, neque errare, neque mentiri potuerit, non magis quam peccare. Tertiò, grauitatem exprobrationis postulare, vt Christus, sic exprobrans, certus esset futuram talem poenitentiam sub

Hieronym.

43.

Secundum argum.

ANTONIO
SUS
VI
U.



tali conditione. Si enim dubium aut probabile tantum id erat: leuior esset & frigidior exprorand. ratio. Quartò si Christus tale futurum sub conditione nouit vt homo: multò magis vt Deus. Omnis autem Dei cognitio est certa, euidens, & infallibilis. Ac si Deus nouit infallibiliter vnam e conditionate tantum futuris liberis; nouit omnia: quia par est omnium ratio. Item si nouit omnia conditionate tantum futura, nouit pariter alia omnia sub conditione proposita; ratione prius quam considerentur vt absolute futura, & independentè à conditione ponendâ.

Quintò denique; Sancti Patres locum illum interpretantur in sensum quem expressimus. Vt inter alios D. August. lib. de dono perseuer. cap. 9. sub finem. *Nunquid possumus dicere (inquit) etiam Tyrios & Sidonios talibus apud se virtutibus factis credere noluisse, an eos non fuisse si fierent? Cum eis ipse Dominus attestetur quod acturi essent magna bonitatis potentiam, si eis facta essent diuina illa signa virtutum.* Nota particulam, attestatur; Deus enim non potest, nisi verum attestari, & omne Dei testimonium est certum & infallibile. Et paulò post infert ex illis Christi verbis contra Semipelagianos, Deum non esse iudicaturum homines ex operibus præiis tantum sub conditione, quoniam alioquin saluaret Tyrios & Sidonios: *Si etiam (inquit) secundum facta sua facturi essent, si viverent, mortui iudicarentur: profectò quia fideles fuerunt isti, si eis cum tantis miraculis fuisset et angelum prædicatum, non sunt utique puniendi. Punientur autem. Falsum est igitur & secundum eam mortuos iudicari quia facturi essent, si ad eos viuentes euangelium seruires.* Vbi nota primò, aduerbiu certò affirmandi, profectò quia fideles futuri erant &c. Secundò, inefficacè & nullam esse illam probationem contra Semipelagianos, si August. loqueretur de notitia probabili, & coniecturali huiusmodi euentus sub conditione futuri. Neque enim assererent Semipelagiani, Deum iudicare ex operibus probabiliter tantum præiis, sed ex certò infallibiliterque Deo notis. Neque volebant iudicium de æterna sorte, vel damnatione hominum, regi notitia incertâ & tantum coniecturali.

Tertius locus habetur Sapientia 4. *Rapius est ne malitia mutaret intellectum eius, aut ne fidei deciperet animam illius.* Ad quem locum alludens August. in lib. de corrept. & gratia, c. 8. sub finem: *Respondeant, inquit, si possunt, cur illos Deus, cum fideliter & pie viverent, non tunc de vitæ huius periculis rapuit, ne malitia mutaret intellectum eorum, & necessitò deciperet animas eorum? Verum hoc in potestate non habuit, an eorum mala futura nesciit? Nempe nihil horum nisi peruersissimè & insanissimè dicitur.* Vbi nota primò, futuram illam mutationem, & deceptionem, de qua Sapientia cap. 4. loquitur, non fuisse futuram, nisi sub conditione ponenda, nempe si talis diutius vixisset. Nota deò secundò, mutationem de qua loquitur August. fuisse quidem absolute futuram, quia tales reip-

sa sunt permixti diutius vivere & mutari in deterius: Sed tamen illam, ratione prius quam præiideretur absolute futura, fuisse à Deo præiisam sub conditione. Patet, quia S. August. affirmat Deum potuisse per talem præiisiam impedire ne illa mutatio in peius foret re ipsa. Atqui non potuit impedire per præiisiam absolute futuram: nam hæc supponit rem esse absolute futuram: & ex suppositione quod sic futura, non potest fieri re ipsa vt non sic futura. Confirmatur, quia non potest Deus facere vt sua præiisiam sic falsa. Esset autem falsa si Deus impediret efficaciter vt non foret id, quod absolute futurum esse præiideret. Item non potest Deus mutare sua decreta. Sed præiisiam quam Deus habet de re aliqua vt absolute futura, supponit decretum non impediendi vt sit: Ergo Deus posita tali præiisiam, non potest id impedire. Nota tertio ex mente D. Augusti, non posse, nisi peruersissimè, & insanissimè, dici Deum nescire, id est, non præiisire huiusmodi mala futura, ea ratione quâ præiisiam potest illi esse utilis ad impediendum ne sint futura. Ergo ex mente D. Augustini non potest nisi peruersissimè & insanissimè dici Deum nescire, id est, non præiisire hæc futura, ratione prius quam ea præiisiat vt absolute futura; quæ sola præiisiam potest ad hoc prodesse, vt ista ostendimus: Nam præiisiam absolute non potest stare & componi cum re non futura: id est, fieri nequit in sensu composito vt Deus præiisiat aliquid esse absolute futurum, & tamen illud non sit absolute futurum. Quartò, nisi de hac præiisiam loqueretur S. Augustinus, facile illi responderent Aduersarij, contra quos ibi disputat, rationem cur illis Deus, cum fideliter & pie viverent, non tunc de vitæ huius periculis rapuit, ne malitia mutaret intellectum eorum, esse, quia non prius ratione ea præiisiat, quam præiisire esse absolute futura: id est, non sciuit illa esse futura, nisi per scientiam quâ sciuit illa esse absolute futura. Posita autem illa scientia in Deo, non possunt non esse absolute futura: quia non possunt esse simul futura & non futura. Scientia verò illa supponit esse absolute futura: quare supposita illa scientia diuina infallibili, non possunt non esse futura: id est, fieri nequit vt Deus præiisierit esse absolute futura, & tamen non sit re ipsa futura Deo inspiciente. Ac posita posita illa scientia, non potest Deus impedire efficaciter ne forent. Quintò nota D. August. totum hunc discursum fundare in verbis reipis ex Sap. 4. Ergo æquè certum existimauit Deum præiisire mala, futura tantum sub conditione, quam impedit (de quibus sermo est Sap. 4.) ac præiisire ratione prius mala futura sub conditione, quam non impedit. Ergo iuxta D. August. æqualis est peruersitas & insaniz, negare Deo præiisiam eorum quæ forent sub aliqua conditione, si poneretur, quæ tamen quia non ponetur, nunquam futura sunt. Sextò denique nota D. August. loqui de scientia certa & infallibili. Tum quia di-

45.
Tertium
argum.
August.

ita non opinatur, ut ait idem S. Doctor tract. 37. in Ioan. Opinari enim est cognoscere obfcurè cū incertitudine & periculo falsitatis: quod Deo indignum est. Tum etiā quia opinatiua tantum & coniecturalis cognitio nō posset esse Deo certa & infallibilis regula tollendi à vita omnes male finituros, si diutius viuunt. Nam multi in præsens meliùs dispositi, malè finiunt: vt illi qui post vitam multo tempore piè & valde religiofè actam, in peccata labuntur. Et contrā, multi valde indispositi, & peccatis grauibz diu affueti, tandem respiscunt, & decedunt in Dei gratia. Tum denique, quia Deus non decernit de vita & de morte hominum, ex opinatiua tantum & coniecturali, fabulilique & incerta notitia.

46. His adde illud Ezechiel. 3. *Non ad populum profundi sermonis & ignota lingue tu mitteris, &c. & si ad illos mittereris, ipsi audient te.* Quæ verba ex verâ & infallibili Dei scientia dicta fuisse propheticè, notant Theodoret. & alij in eundem locum. Idem postulat grauitas exaggerationis, quæ longè maior & perfectior est, aptiorque ad Iudæos confundendos, si intelligatur procedere ex tali præscientia, de qua etiam verba reuera possunt in omni proprietate intelligi: in verbis autem Scripturæ interpretandis verborum proprietates retineri debet quantum fieri potest: maxime quando proprietates verborum magis conuenit intentioni loquentis. Item illud Ierem. 38. *Si exieris ad Principes Regis Babylonis, viuet anima tua, & ciuitas hæc non succendetur igni, & saluus eris tu, & domus tua.* Quod tamen non contigit re ipsa, quia Sedecias non exiuit iuxta consilium Prophetæ. Eademque Regi respondens, *Sollicitus sum propter Iudæos qui transferunt ad Chaldæos, ne forte tradat in manus eorum, & illudant me, si scilicet exierim iuxta consilium tuum: subiungit Ieremias tanquam certum: Non te tradent.* Et Matth. 22. *Nisi breuis fuissent dies illi, non fieret salua omnis caro: sed propter electos breuiabuntur.* Et Act. 22. *Festina & exi velociter de Ierusalem, quoniam non recipient testimonium tuū de me.* id est, si illis prædicaueris, non credent id quod illis de me annūciabis. Quod tamē nō fuit re ipsa, quia Paulus exiuit iuxta Christi monitum. Et 1. Cor. 1. 2. *Loquimur Dei sapientiam in mysterio, quæ abscondita est & quam nemo Princeps seculi cognouit. Si enim cognouissent, nunquā Dominū gloriæ crucifixerunt, id est, à peccato crucifigendi abstinuissent postquam illa notitia re ipsa non fuit: at eoque nec fuit abstinentia à peccato crucifigendi.*

Probatur idem pluribus alijs Scripturæ locis. Theodoretus. Vide Cornelium lib. 1. c. 1. & V. & 1. c. 1. & 2. c. 1.

videri possunt apud Didacum Ruis disp. 63. & sequē. Nobis sufficere pauca notare ex quibus mens Sanctorū Patrum manifesta euadet. Primum est, Sanctos Patres supponere passim Deum habere hanc scientiam conditionatam, quando loquuntur de prouidentia & prædestinatione. Et agnoscere speciale Dei fauorem erga eos quos vitæ subtrahit in bono statu, ne si diutius uiuerent, labantur in peccata, & damnationem æternam incurrant, vt Deus præuidet fore si non impediatur iuxta verba supra reuera ex Sap. 4. Ita Gregor. Nyssen. in orat. de infantibus qui præmatura morte rapiuntur, longè ante finem: Cyrill. Alexandrin. lib. 3. contra Iulian. paulo post medium: Cyprian. lib. 3. ad Quirinum cap. 58. Ambros. in orat. de obitu Satyri Fratris, circa medium: Paulin. epist. 35. ad Pammachium, post medium: August. lib. 1. contra Iulian. cap. 8. & 9. Fulgent. epist. 2. ad Gallam cap. 4. Bernard. serm. de Innocentibus, prope finem.

in Deo scientiam mediam. Nyssen. Cyrill. Cyprian. Ambros. Paulin. August. Fulgent. Bernard.

Secundum est: querentibus Ethnicis & hæreticis, cur Deus Angelos, & primos parentes, aliosue homines creare decreuerit, præsciens eos peccaturos si crearet, & libertati suæ relinqueret? Respondent SS. Patres, non Deum nesciuisse peccaturos si crearet. Sed Deum nihilominus voluisse creare, ad ostensionem suæ bonitatis, & prouidentia suauis, aliosque fines. Et tamen illa præscientia, quæ nouit peccaturos si crearet, ratione prius quàm decerneret creare, erat tantum conditionata. Erat enim prior ratione quàm Deus creare decreueret, tanquam gratuita notitia prærequiritæ ad liberè decernendum, vel non creare, propter peccata futura, si crearet; vel creare, propter ostensionem suæ bonitatis, aliosque fines. Quæ posita & stante, poterat Deus non creare, id est componere non creationem cum tali præscientia. Quæ omnia sunt falsa de præscientia absoluta. Nam hæc supponit decretum de creando, & peccata esse absoluta futura: & stare nequit cum negatione creationis futuræ. Quare Patres cum ita respondent, loquuntur manifestè de scientia conditionata. Sic autem respondent à Patribus Græcis Gregor. Nyssen. in orat. catechet. cap. 7. Chrysost. in homil. de Adam & Eua, colum. 2. Cyrillus Alexand. lib. 9. in Ioannem capite 10. & lib. 1. in Genesim columna 3. Theodoret. q. 35. & 36. in Genes. Damasc. in dial. aduersus Manichæos, circa medium. Et Latinis Tertull. lib. 2. aduersus Marcion. capite 5. & 7. Hieronym. lib. 3. aduersus Pelagianos, columna 5. Ambros. lib. de Paradiso cap. 10. circa medium: August. lib. 2. de Genesi contra Manich. cap. 28. inje. & lib. 11. de Genesi ad literam cap. 6. 8. 9. & 10. & lib. 3. de libero arbitrio cap. 5. Anselm. in Elucidario, columna 5. quorum aliorumque plurium verba reuera & exacte videri possunt apud Didacum Ruis disp. 63. sect. 1. & 3.

48. Nyssen. Theodoret. Chrysostomus tom. 1. veteris editionis. Damascen. Tertullian. Hieron. Ambros. August. Anselm. Ruis.

Tertium est, SS. Patres docere, Deum vi

SECTIO VI.

Eadem scientia probatur auctoritate Patrum & ratione.

47. Probatur secundò ex SS. Patribus, quorum plurima testimonia reuera & exacte

SS. Patres cognoscunt

49.

quandoque sua praescientia in procurandis bonis, quae videt esse futura si procuret; aut auertendis malis, quae videt fore si non auertat. Haec autem praescientia valens ad impediendum futurum eventum, non potest esse obiecti vt absolute futuri, quemadmodum supra ostendimus: ergo tantum vt futuri sub conditione. Idemque dico de praescientia valente ad liberè procurandam bonum. Nam praescientia quae dirigit Dei decretum de procurando bono, vel auertendo malo, est ratione prior decreti illo quod dirigit. Praescientia verò absolute futuri non est prior decreto de illo futuro ponendo aut permittendo: sed potius talis praescientia supponit illud decretum, & rem vt absolute futuram. Ita S. August. Epist. 49. quaest. 2. paulò ante finem, ait *Tunc voluisse hominibus apparere Christum, & apud eos predicari doctrinam suam, quando sciebat, & ubi sciebat esse qui in eum fuerant credituri.* Quod vtrum verè dicatur ab August. non disputamus in praesenti; sed quae fuerit illius mens circa Dei praescientiam? Vtrum scilicet existimauerit Deum praescire quid liberè futurum esset, si Euangelium apud hos aut illos, & hoc vel illo tempore predicaretur: & Deum vsum esse illam praescientiam, tanquam ratione praesupposita, & dirigente decretum, quo voluit his potius quam illis, & hoc potius tempore, quam alio predicari? *Hic enim, inquit, temporibus & his locis, quibus Euangelium eius non est praedicatum, tales omnes si eius praedicatione futuros esse sciebat, quales non quidem omnes, sed tamen multum eius copiosè praesentia fuerunt, qui in eum nec suscipiatis ab eo mortuis credentes voluerunt.* Sic Chryl. hom. 31. in Matth. initio, dicit Christum vocasse Petrum, Ioannem, Mattheum, Paulum, & alios Apostolos, *Quando obtemperatos sciebat.* Sic etiam Origen. homil. 6. in Leuitic. Gregor. hom. 4. in Euangelia, & Beda in cap. 16. Actor. affirmant rationem, cur Deus impediret ne Paulus in Macedonia praedicaret, fuisse, quia praesciebat Macedonas reiecturos eius praedicationem. Sic Basil. in constitutionibus monasticis cap. 2. sub firmiter, asserit, Deum non dare celeriter munus quod petimus, quia praescit nos id amissuros, si celeriter impetrassemus: Ideoque nobis prospiciens citius facit. Sic denique Gregor. lib. 33. Moral. cap. 17. alias 23. *Alia, inquit, dispensatio iudiciorum Dei idcirco saepe bene merentes famulos vel minus impetis, vel flagellis premit, vel quibusdam superimpositis oneribus grauat, vel laboriosis occupationibus implicat: quia mirè potentè prauidet, quod si quieti ac liberi in tranquillitate persisterent, tentationes ferre Adversarij non valentes, meritis prostrati vulneribus iacerent.* Et Bernard. serm. 54. in Cantica sub finem: *Interdum, inquit, subtrahitur diuina gratia, siue retrahitur, non pro superbia quae iam est, sed quae futura est nisi subtrahatur. Cuius rei cunctis exemplum est Paulus Apostolus: Carnis suae stimulos sustinens inuitus, non quia extolleretur, sed ne extolleretur.* Et scilicet. 5. in Psalm. *Qui habitat, in fine, ait Deum nos ab aliquibus temptationibus citius*

August.

Chryl.

Origen.

Gregor.

Beda.

Basil.

Gregor.

Bernard.

liberare, vt possimus in alijs, quas nobis meliores fore prauidet, exerceri.

Quartum est, Sanctos Patres, praecipue August. negare contra Semipelagianos dari gratiam ex meritis praesuis sub conditione: tum quia illa non sunt, neque futura sunt: tum etiam quia Deus alioqui deberet eos damnare, quos vitæ eripuit, ne malicia eorum intellectum mutaret: & saluare Tyrios & Sardonios, quos praesciuit acturos esse in signem poenitentiam, si Christus apud ipsos fecisset virtutes, id est, signa & miracula quae alibi patrauit. Et tamen damnabuntur & punientur, sed remissius quam Iudaei, vt ait Christus Matth. 11. v. 22. Loquuntur autem sine dubio Patres de scientia certa & infallibili. Tum quia vt iam saepius diximus, Deus non decernit de salute aeterna, vel damnatione hominum, ex opinione tantum, vel praesumptione incerta & coniecturali, expostis falsitati. Tum quia alioqui non bene impugnerent Semipelagianos, qui non loquebantur de notitia opinatiua, coniecturali, cum dicebant gratiam dari ex meritis sub conditione praesuis: sed de praescientia certa & infallibili, similique illi quam Deus habet de futuris absolute, imò & de praesentibus aut praeteritis meritis. Quod si interdum iidem Patres, maximeque D. August. negare videntur praescientiam conditionalem: loquuntur manifestè de scientia absolute, & magis proprie dicta, quae scilicet importat realem & actuaalem antecessorem respectu rei post futurae, & de facto extitura. Illam enim negant ad ostendendum non fundari in bonis aut malis, sub hypothese tantam praesuis, rationem veri meriti actualis, aut demeriti, cuius intuitu Deus agit, quando praemium aut poenam decernit, aut reddit. Licet interdum etiam praescientiam vocent, ad designandam aeternitatem, & praesessionem aeternalem quantum est ex parte praescientiae diuinae. Hoc sensu ait S. Aug. lib. de praedest. Sancto. c. 13. *Hominum futura, quae non sunt futura, procul dubio nulla sunt merita. Et hoc videt et facillimum est. Ideo nec Pelagiani hoc dicere potuerunt. Et multò magis nec isti dicere debuerunt. In eundem sensum accipiendum est id quod addit c. 14. illud Sap. 14. *Rapit est, ut malitia etc. dictum esse secundum pericula vitae huius, non secundum praesentiam Dei: quia hoc praesciuit quod futurum erat, quod futurum non erit.* Et lib. 7. de anima & spiritus orig. cap. 12. in fine: *Ipsa emanatur praescientia omnino, si quod praesciuit non erit. Quomodo enim dicitur praesciuit futurum, quod non est futurum? Quomodo ergo puniuntur peccata quae nulla sunt, id est, quae nec vita nondum incipiente commissa sunt, ante carnem, nec morte praeviente, post carnem.* Eodem sensu Damasc. in dial. contra Manich. propè finem: *Aliud, inquit, est in Deo cognitio, aliud praesentio. Cognitio enim est eorum, quae sunt: praesentio verò eorum quae futura sunt antequam procedant.* Et Gregorius libro vigesimo Moralium capite vigesimo tertio, alias 24. *Praescire dicitur, qui quaquamque rem, aut quumque eueniat: videt: & id**

50.

Explicatur testimonium Patrum quae negare videntur praescientiam conditionalem.

August.

Damasc.

Gregor.

quod futurum est, priusquam praesens fiat, praesidet.

51. Theologi assertores scientiarum mediae.
 Ruis.
 Tertullian.
 His Patrum testimonijs addi potest auctoritas plurimorum Theologorum, Magistri, Alenfis, Alberti, D. Bonaventurae, S. Thomae, Richardi, Henrici, Scoti, Durandi, Dionysii Chartul. Argent. Gregorij, Marsilij, Maioris, Gabrielis, Adriani, Capreo. Caiet. Soti, Viguierij, Ruardi, & aliorum Recentiorum, quorum verba exacte refert & expendit Didacus Ruis tota disp. 67. Addi etiam potest communis sensus fidelium, qui postulare à Deo solent bona temporalia, si praevideant salutem suam aeternam profutura. Eundemque fuisse communem sensum ipsorum infidelium testantur Tertull. lib. 2. contra Marcionem. c. 5. & 7. alijque Patres relict. in. 48. respondentes talibus eorum interrogationibus, cur Deus praesciens Angelos peccaturos eos creavit? Cur Deus praesciens homines suo libero arbitrio abusuros, liberos tamen esse voluit, & talem abusum non impediit? Cur Deus aliquos iustificatos, & aliquandiu pie viuentes, post in peccatum & damnationem labi permisit?

52. Probatur tertio ratione: quia quicquid est verum, scitur à Deo esse verum. Atqui futura conditionate sunt vera: ergo sciuntur à Deo esse vera. Maior est evidens: quia Deus nihil ignorat, sed sua virtute intelligendi simpliciter infinita, attingit perfectissime quicquid est intelligibile. Quicquid autem est verum, est intelligibile & scibile esse verum, quantum est ex se quia ex parte sui non implicat cognoscere quale est: Ergo cognoscitur à Deo perfectissime, siquidem Deo simpliciter infinito non deest virtus intelligendi sufficiens ad sciendum quicquid est scibile, tantumque se extendens, quantum obiectum scibile. Adde quod scibile, & posse sciri, seu obiectum scibile, & potentia illud sciendi, non sunt minus correlativa; quam scitum & scire, id est, quam obiectum ut scitum actu, & actualis scientia obiecti: ergo quam est impossibile aliquid esse scitum actu, & non esse illius scientiam actualem: tam implicat obiectum aliquid esse scibile, & tamen nullum esse à quo sciri possit. Si autem obiecta conditionate futura, ut talia, possunt ab illo sciri, maxime à Deo: & si à Deo sciri possunt, sciuntur de facto ab aeterno. Nam Deus nihil ignorat: & eius scientia non cefesit in tempore.

53. Superest ergo probare minorem, de qua sola est controversia inter Theologos. Puto autem evidenter probari sequentibus rationibus. Primo, futura conditionate non minus vera sunt, quam ea quae sunt contingenter absolute futura. Atqui contingenter absolute futura sunt determinate vera: ergo futura conditionate sunt similiter determinate vera. Minor patet ex dictis sect. 3. Maior probatur, quia non minus est contradictio praecisa & immediata inter futura conditionata contradictorie enunciata, quam inter absolute futura. Ex. gr. non minus est contradictio praecisa & immediata inter duas propositiones, si Petrus ponatur in his circumstantijs, negabit Christum; & si ponatur in his circum-

stantijs non negabit Christum: quam sit inter has duas: Petrus positus in his circumstantijs negabit Christum; & Petrus positus in his circumstantijs non negabit Christum. Vnicuique autem est contradictio praecisa & immediata, vnum extremorum est determinate, seu distincte, falsum: & alterum est determinate, seu distincte verum. Quare non minus in conditionatis, quam in absolute futuris, vnum est verum determinate, & alterum falsum. Maior est evidens. Minor autem fuit demonstrata sect. 3. n. 21. & confirmatur, quia ista disiunctiva conditionalis est evidenter vera & necessaria, si Petrus poneretur in tali occasione, peccaret, vel non peccaret. At qui pariter evidens est, quod si Petrus poneretur in tali occasione, non faceret vtrumque. Neque etiam confuse tantum & indeterminate peccaret vel non peccaret: sed distincte & determinate vnum ex his duobus faceret, scilicet vel peccaret distincte, vel distincte à peccato abstineret. Ergo alterum est determinate verum, & propositio illud enuncians, est determinate vera, quia est determinate conformis obiecto.

Secundo, propositio conditionalis de futuro contingenti, non differt ab absolute de eodem obiecto, nisi penes conditionem, quam implet, propositio redditur absoluta. Ergo si cut absoluta est determinate vera vel falsa: sic etiam conditionalis de eodem obiecto conditionate futuro est determinate, id est, distincte, vera vel falsa. Antecedens est evidens. Consequentia probatur: quia conditio, penes quam sola differt propositio conditionalis ab absolute, non impedit quod minus sit aequae conformis obiecto suo, adeoque sit aequae vera. Sicut enim Petrus positus de facto in tali occasione peccabit de facto, aut non peccabit: & alterum erit determinate, id est, distincte: & propositio enuncians id quod distincte futurum est, est distincte seu determinate vera, quia est determinate conformis obiecto suo: Ita si Petrus poneretur in tali occasione, peccaret vel non peccaret: & alterum foret determinate, id est, distincte: & propositio enuncians id quod distincte futurum esset, distincte vera est. Confirmatur, quia quod Petro vere connexum est sub aliqua conditione praesupposita: aequae vere illi connexum est hypotheticè, sub illa conditione abstrahente ab eius existentia; quam absolute, sub eadem conditione actu ponenda. Ex. g. si est vera & libera connexio peccati absolute cum Petro posita tali occasione negandi Christum: est quoque connexio hypothetica Petri cum tali peccato, si conditio ponatur. Neque minus verum dixisset Christus, si ante Petri negationem dixisset: Si Petrus intret in atrium Principis sacerdotum, & interrogetur à seruis & ancillis, ter me negabis: quam cum illi absolute praedixit, ter me negabis. Confirmatur secundo, quia veritas propositionis conditionatae non pendet à veritate absolute: sed minus requirit ut sit vera, quia minus enunciat quam absoluta. Nam haec enunciat rem fore absolute, supponitque ipsius existentiam. At

54.
 Altera ratio vltima.

ANTONIO
 DEUS
 ...
 ...

Conditionalis est independens ab existentia
 ei, estque vera, licet res nunquam existat: &
 ratio prius quam intelligatur absolute ex-
 titura, si de facto extitura est. Ex. gr. hac pro-
 positio, Si Petrus intret in atrium Principis Sa-
 cerdotum, ter Christum negabit, erat vera an-
 te sui eventum. Neque enim eventus fecit ut
 inciperet esse verum, sed veritatem eius laten-
 tem detexit. Ex eventu enim nobis innotescit
 veritas talium propositionum. Neque mi-
 nus vera erat, licet Petrus positus non fuisset
 in illis circumstantiis. Nempe actualis positio
 hypotheseos non facit, sed detegit, & dat
 occasionem experiendi in seipsa veritatem
 hypotheticam, & efficiendi ut transeat in ab-
 solutam. Evidens enim est, id quod iam po-
 nitur in hac hypothesi; fuisse & potuisse con-
 cipi prius ratione ponendum ex hac hypo-
 thesi: & hypothesi non posita absolute, tan-
 tenentaret quod esset ponendum ex hypo-
 thesi. Alioquin si hoc foret falsum, ergo hypo-
 thesi etiam posita, non poneretur absolute
 eventus. Potestque merito sic quisque ra-
 tiocinari: Ostendisti quod si talis peccandi
 occasio occurrisset, peccasses; quandoquid-
 em illa occurrete peccasti.

55.
 Tertia ra-
 tiocinatio.

Tertio, si hæc scientia non est impossibi-
 lis, neque ullam involuit imperfectionem
 Deo indignam, non est ipsi neganda. Atqui neq;
 est impossibilis: neque Deo indigna. Non pri-
 mum: quia quod est æquè verum, est æquè sci-
 bile à Deo. Sed contingens conditionate futurum,
 est æquè verum, quàm contingens absolute
 futurum, ut supra ostendimus: ergo est æquè
 scibile à Deo. Adde quod prima & universa-
 lissima ratio, cur Deus cognoscat infallibiliter
 contingens absolute futurum, vi libertatis
 creatæ, est, quia verum est illud esse futurum,
 & Deus suam infinitam intelligentiam potest at-
 tingere omne verum, per se immediate, eo
 ipso quod verum est. At hæc ratio æquè locum
 habet in futuris conditionate: quia non mi-
 nus verum est illa esse futura. Secundum
 etiam dici nequit. Nam potius magna perfe-
 ctio est scire quod quid est scibile: & potius
 esset imperfectio aliquid ignorare. Item illa
 præscientia est valde utilis ad prudenter &
 suaviter gubernandum. Vnde qui peccant
 per imprudentiam, solent peccatum suum rej-
 cere in defectu talis præscientiæ, cum dicunt,
 non sciebam, aut non putabam hoc eventurum,
 si hoc facerem, aut si hoc dicerem. Sic Genes.
 43. Filius Jacob se Patri excusabat quod fra-
 trem suum minimum Præfecto Ægypti indi-
 casset: *Nunquid scire poteramus quod disti-
 nus esset? adducite fratrem vestrum vobiscum?*
 Certè in negotio vocationis Apostolorum
 Deum illa scire fuisse docet Chryso-
 st. homil. 51. in Matth. in init. & in prædicatione
 Evangelij hoc potius tempore, quàm alio.
 August. epist. 49. quæst. 7. & in permissio-
 ne venditionis Ioseph, ut exaltaretur in Æ-
 gypto.

Chryst.

August.

SECTIO VII.

Resutantur effugia Adversariorum.

Contrarium sentiunt non pauci, prefer-
 tum è Thomistis, qui primò Scripturæ te-
 stimonia à nobis citata sect. 5. in varios sen-
 sus detorqueere conantur: Deinde quadam
 obijciunt contra scientiam conditionatam.
 Aiunt primò Scripturam locis citatis, & si-
 milibus, intelligendam esse velut exaggera-
 torie locutam: quod etiam de loco Matthæi
 citato censet Iansenius in Concordia cap. 47.
 confirmantque ex simili dicto Apostoli 1.
 Corinth. 5. *Omnino audiat inter vos fornicatio
 qualis nec inter gentes:* Et ex familiari loquen-
 di modo, si hoc petiissem ab extraneo, non
 mihi negasset. Sed contra, quia exaggera-
 tiones & tropi non debent Scripturæ affingi,
 nisi ratio gravis iudeat, qualis hic nulla: præ-
 fertim repugnante communi Patrum & Do-
 ctorum expositione, qui loca citata proprie
 simpliciterque intelligunt, ut ostendimus
 sect. 5. fusiuseque ostendunt Digacus Ruiz lo-
 cis ibi citatis, & Suares lib. 2. de scientia fu-
 turorum, c. 1. n. 6. Deinde Deum à Davide
 interrogatum de euentu, quod esset tradendus
 Ceilanis, respondisse exaggeratorie, *tradentis*
 ineptum est, & parum ad sententiam Davidis
 qui non exaggerationem, sed simplicem ver-
 ritatem quærebat. Ineptum etiam est existi-
 mare, Deum & Christum locis citatis, in-
 credulitate tam vehementer sic exprobrare
 Iudæis, maxime verò adhibita comparatione
 cum infidelibus Tyrijs & Sidonijs, quæ com-
 paratio non veritati simplici innixa, sed in
 exaggeratione fundata, reprehensionis & in-
 ferè pondus adimeret. Adde quod, quisquis
 prudenti & convenienti exaggeratione utitur,
 & amplificatione, præsertim in acriter repre-
 hendendo & obiurgando, debet saltem opi-
 nari esse illud quod asserit: ostenditque tali
 loquendi modo se illud præsupponere. Ergo
 Christus præsupponebat Tyrios & Sidonios
 fore convertendos. Non præsupponebat au-
 tem per meram opinionem, quia Christus non
 opinatur, ut neque Diuitias. Atque ita etiã
 Paulus præsupponebat non audiri & dinari
 inter Gentiles fornicationem incestuosam,
 qualem in illo Christiano Corinthio repre-
 hendebat. Qui illo familiari loquendi mo-
 do utitur, simili modo præsumunt ne ex-
 traneos quidem negaturos quod ipse petunt.
 Debetque id esse verisimile, ut ita loquantur
 prudenter & convenienter. Deus autem non
 præsumit tantum verisimiliter, sed infalli-
 biliter scit quicquid cognoscit.

56.

Resutantur
 1. Iffugit
 quod Scit
 putatur
 quatur
 exaggera-
 torie.

Iansen.

Ruiz.
 Suares.

Aiunt secundò Scripturam esse intelligen-
 dam de revelatione, & scientia, non omnino
 certa, sed coniecturali, quam incertitudinem
 Scriptura indicet per vocem, *foris*, Matth.
 11. v. 23. Sed contra, primò sic Deo gravis
 iniuria quod non nisi coniecturaliter & incerto

57.

Resutantur
 secundam
 quod Scit
 putatur
 quatur de
 coniecturali.

scire dicatur & asserere, nobisque fas sit dicere Deū asserionem esse absolute fallibilem, & tantum certam in gradu probabili, cum non-implicantiā falsitatis. Secundò, David de Ceilanis interrogans, non coniecturam, aut coniectorem querebat, sed oraculi diuini certitudinem & constantiam. Et alioqui David ipse satis poterat coniectari quod sibi responsum fuit. Potuisset quoque Demon idem Davidi respondere, cognitā presentī Saūlis vel Ceilanorum dispositione ex externis indicis. Neque Deo conueniens erat vt ob incertam dubiamque coniecturam, tam absolute responderet & affirmaret, *tradent*. Tertio, Christi exprobratio facta cum illa comparatione Iudæorum & Tyriorum, fuisset leuis & sine momento, ac Christo indigna. Nam sub dubio tantum, & sub coniectura illa incerta, non esset ratio sic exprobrandi. Neque Christo conueniens est vt ad exprobrandum cum prædicta comparatione Iudæis infidelibus grauiā ipsorum peccata, ingerat planè dubia & falsitati exposita. Ad illud, *Fortè*, responderetur Scripturam illud vt non ad significandam dubitationem Dei sic asserentis, sed ad ostendendam contingentiam euentus, & arbitrij libertatem, vt bene Hieronym. & Theodoret. in cap. Hierem. 26. Chrysof. homil. 78. in Math. & August. in Psalmum 2. alique aduertunt. Secundò, fortè Sodoma, licet non ob peccatum, alia de causa ruisset, neque steriffent tandiu vsque ad Christi aduentum. Tertio, pro fortè, in græco est *ἔρ*, quod potest sumi, & passim in Scriptura sumitur, asseueranter, & verititer per *utique*, vt fuisus ostendit Salmeron Proleg. 16. Quarto, eadem vox, & similes, vsurpantur in Scriptura, etiam pro futuris absolutis, & aliis certissime cognitīs à Deo sine controuersia; Scripturā sese nostro loquendi modo accommodante. Vt Ioan. 8. vers. 19. cum ait Christus, *si me scieritis, scietis & Patrem meum sciens*: vbi tamen non erat dubia consequentia. Etenim idem Christus Ioann. 14. absolute & sine dubitatione pronunciauit, *Si cognouissetis me, & Patrem meum utique cognouissetis*.

Hieron. Theodoret. Chrysof. paulo ante mediū homil. citat.

Salmeron.

58. Reuelationes illa futurorum non fundantur in aliquo effectu presentis.

Aiunt tertio, fundari has reuelationes, vel primò in aliquo effectu presentis, ex quo verisimiliter colligi poterat, & prædici euentus ex hypothese futurus. V.g. ex effectu Ceilanorum, colligi poterat tradituros Davidē: & ex ingenio Tyriorum & Sidoniorum, poterat conijci esse Christo credituros, quod non essent adeo duri. Vel secundò, fundari in actuali decreto Dei efficaci de illis euentibus procurandis sub tali hypothese. V.g. decreuit, inquit, Deus ab æterno sub conditione, quòd si Tyriis & Sidoniis faceret eas virtutes & prodigia, quæ ciuitatibus Iudæorum per Christum facturus erat; tribueret auxilium internum quo Tyrii & Sidonij a penitentiam conuerterentur. Sed contra: primò, illa cognitio & assertio verisimilis tantum, reijcenda est iisdem de causis, quibus supra coniecturalis, à qua parum aut ni-

hil differt. Secundò, si liceret Scripturam ita interpretari: liceret quoque interpretari prophetiam Christi de prodicione Iudæ, negatione Petri, Euangelio toto orbe prædicando, & conuersione Gentium: liceret, inquam, interpretari de notitia coniecturali tantum, ex presentī dispositione Iudæ, Petri, Apostolorum, Gentilium. Tertio, difficilimum est, aut potius impossibile, talem affectionem reperire vbique, vel satis commode fingere. Qualis enim dispositio esset v.g. in Angelo ad celum mouendum, vel rotam, in hanc potius partem, quam in alias infinitas æquè commodas & faciles, si Deus illi solum indefinitè præciperet vt moueret, non determinando quam in partem, & quomodo? & tamen sic Deus quam in partem moueret, & id posset reuelare: ergo &c. Imò in quibusdam dispositio presentis, est potius contraria effectui futuro, & ex illa conijci deberet oppositum. Quis enim v.g. coniecisset Adamum, tantā scientiā, virtutē, & aliis donis à Deo instructum, fuisse peccatum tam leui occasione? Quarto, dicere esse in Deo decretum de procurandis omnibus reuelatis sub conditione, impium est. Nam alioqui essent Deo procuranda peccata sub conditione reuelata. Deinde illud Dei decretum vel necessitaret causam secundam, vel non. Si primum, ruit libertas. Si secundum, quomodo Dei cognitio & reuelatio esset certissima, & absolute infallibilis, si tantum nouit in decreto, ex quo potest non sequi id quod reuelatur: & si sequitur, contingenter & liberè sequitur? Quintò, per se leue & vanum est dicere Deum constituisse sub conditione, quòd si quibusdam minus conferret beneficium, conferret & maius, quibus ne id quidem quod minus est, voluerit conferre. V.g. decreuisse dare Tyriis & Sidoniis auxilium efficax internum, quo conuerterentur, si exhibuisset illis Christi miracula: licet de facto decreuerit non exhibere illis Christi miracula. Vnde enim possunt Aduersarij conijcere, Deum si fecisset vnū, alterum fuisse facturum iis qui minus dilecti fuerunt? cum secundum ipsos Deus magis dilectis fecerit vnū sine altero, scilicet Iudæis tribuerit vt viderent Christi miracula, non tamen vt per auxilium internum conuerterentur.

Neque in decreto vno.

59. Neque in notitia coniecturali.

Aiunt quarto, locum illum Sap. 4. *Raptus est ne malitia mutaret intellectum eius* &c. intelligendum esse, ne de certa præscientia futura mutationis, si diutius vixisset: sed de coniecturali, fundata in periculo ne mutaretur, propter vehementes occasiones absolute præuisas: iuxta illud D. August. lib. de Prædestinat. Sanctorum cap. 14. *Illud Sap. 4. Raptus est ne malitia mutaret, &c. dictum est secundum pericula vite huius, non secundum præscientiam Dei. Quia hoc præsciuit quòd futurum erat: non quòd futurum non erat.* Sed Respondeo primò ex regula tradita ab eodem D. August. lib. 3. de doctrina Christiana cap. 10. Scripturæ verba in proprio sensu

ANTONIO
DEUS
VI

& literali, vt sonant, intelligi debere, quantum fieri potest, neque ab illo posse licite recedi, nisi cogat aliqua absurditas, ita vt neque ad morum honestatem, neque ad fidei veritatem proprie referri possint. Atqui Scriptura loco citato sit absolute, ne malitia mutaret: non autem dumtaxat, ne esset in periculo mutationis: nihilque cogit a sensu literali & proprio recedere. Secundò, notitia tantum coniecturalis & incerta, compatiensque euentum oppositum, est Deo indigna (nam diuinitas non opinatur, vt idem ait tract. 37. in Ioann.) estque inepta vt Deum dirigat in decernendo de vita & de morte iustorum. Tertio, quod refertur ex lib. de prædest. Sanctorum cap. 14. intelligendum est de præscientia absoluta: sensusque est, dictum illud esse secundum pericula huius vitæ (quæ scilicet Deus præsciuit esse præualitura & mutationem inductura, si diutius talis vineret, periculisque illis exponeretur) non secundum præscientiam Dei absolutam. Quia hoc præscit, per præscientiam absolutam, quod futurum erat: non quod futurum non erat. Alioqui enim idem S. Doctor aperte contradiceret ei quod dixit in lib. de corrept. & grat. cap. 8. sub finem: *Respondent si possunt, cur illos Deus cum fideliter ex pietate viderent, non tunc de vitæ huius periculis rapuit, ne malitia mutaret intellectum eorum. Et ne filio deciperet animas eorum. Vtrum hoc in potestate non habuit, an eorum mala futura nesciuit? Nempe nihil horum nisi peruersissime in insensibilem dicitur.* Videantur quæ diximus num. 45. eundem locum S. August. expendendo.

Quintò, aut testimonia SS. Patrum tria præcipue respondent. Primò, Patres à nobis citatos non admiscere præscientiam futuri peccati, v. g. quæ fuerit prior decreto creandi: sed tantum præscientiam quæ fuerit prior executione creationis, licet non fuerit prior decreto creationis. Quod responsum tribuunt aliqui Ledesma in disput. 2. de scientia futurorum, in solut. ad 2. & Curiel lib. 1. coherens. 7. art. 2. num. 45. Secundò, Deum ex mente Chrysostomi, Augustini, aliorumque Patrum, vocasse Apostolos tali tempore, quo cognouit consensuros vocationi: & Euangelium prædicari voluisse, quando cognouit magis profuturum: sed cognouisse in decreto quod habuit eos conuertendi tali tempore, & non antea. Ita Diacus Aluarez disput. 7. de auxiliis num. 26. in fine, & plerique alii Thomistæ cum Recentiorum. Tertio, Patres loqui de scientia coniecturali tantum, sed moraliter infallibili, propter connexionem moraliter necessariam, & infallibilem, internalem vocationem, & conuersionem: v. g. inter talem tentationem, seu peccandi occasionem, & peccatum.

Sed primum effugium repugnat manifestè menti & verbis SS. Patrum: quippe qui loquuntur de præscientia dirigente decretum creandi, & cum qua potuit non esse decretum, quippe quæ potuit impedire ne decerneret Deus create, propter mala quæ præui-

debat esse secutura, si crearet homines, & Angelos, si eos liberos faceret, & vsu liberi arbitrij relinqueret. Ergo manifestè loquuntur de scientia priore decreto creandi. Nam scientia quæ dirigit decretum, est prior decreto: & scientia quæ proponit motiua eligendi aut non eligendi, id est, volendi liberè creare, vel non creare, est ratione prior libera electione seu volitione creandi.

Contra secundum effugium, dico primò, esse vanum & inutile, ac fundamento carens (vt ostendimus disput. 11. sect. 10.) fingere in Deo huiusmodi decreta, circa omnia conditione futura, quæ tamen omnia Deo nota esse debent. Secundò, ratione prius quam Deus decernat vocare homines, verum esse quòd si Deus decerneret tali modo & tempore vocare, conuenter: idque verum esset, quamuis actu non vocasset. Ergo Deus ratione prius & independenter à suo decreto, vt actualiter posito vel ponendo, cognoscit hanc veritatem. Tertio, vel Dei decretum taliter vocandi, præsupponit scientiam conditionatam, quòd conuenter infallibiliter si tali modo videntur; vel non præsupponit. Si præsupponit: habemus intentum. Si non præsupponit: non habet Deus vnde sciat infallibiliter consenturos, neque in decreto vocandi, neque in aliis quibuscunque antecedentibus consensum liberum voluntatis. Nam positis illis omnibus, potest voluntas consentire, & non consentire, si velit: vt definit Trident. sess. 6. cap. 5. & can. 4. estque nosam experientia multos leui de causa dissentire & resistere potenti vocationi. Physica autem prædeterminatio, quam iidem Thomistæ adstruunt, alibi refutabitur. Quarto, manifestum est hoc effugium esse contra mentem SS. Patrum, quippe qui loquuntur de præscientia quæ fuerit Deo ratio decernendi vocare tali tempore Apostolos, aut Christum mittere hoc tempore, potius quam alio, & sic de alijs. Atqui præscientia quæ est ratio decernendi, est prior decreto: dirigit enim decretum. Ergo non est fundata in decreto. Nam scientia que fundatur in decreto, supponit decretum, & est illo posterior ordine rationis.

Contra tertium effugium, dico primò, scientiam illam tantum coniecturalem esse contra mentem S. Augustini tract. 37. in Ioann. vt affirmat Diuinitatem non opinari: & esse Deo priori indignam, vt ostendimus num. 45. Dico secundò, præscientiam Dei absolutam & physicam necessitate infallibilem, non posse fundari in medio moraliter tantum infallibili, quæ est illa connexio conuersionis cum vocatione, aut peccati cum tali occasione. Tertio, fictitiam esse illam connexionem moraliter infallibilem in multis vocationibus, & peccandi occasionibus. Plurimi enim consentiunt vocationibus ordinatis, quibus poterant facile dissentire: & plurimi peccant ex leui occasione, cui poterant facile resistere. Quod autem facile fieri potest, non est moraliter impossibile. Quare

Ledesma. Curiel.

Aluarez.

Patres loquuntur de præscientia dirigente decretum.

Deus cognoscit futura conditionata independenter à suo decreto posito vel ponendo absolute.

Deus non opinatur, neque coniecturaliter tantum.

ei us oppositum non est moraliter necessarium. Patres autem loquuntur etiam de vocationibus ordinariis: quia loquuntur de conuersione mundi ad Christi fidem & Euangelii praedicationem, in qua fuerunt multae vocationes ordinariae.

SECTIO VIII.

Respondetur praecipuis Aduersariorum obiectionibus.

63
Obiectio prima.

Objiciunt primò, Deum in Scriptura, perse, vel per Prophetas, aliqua praedice non futura infallibiliter, sed per coniecturam sumptam ex praecedenti dispositione, vt Isaia 38. *Dispone domus tua, quia morieris tu, & non viues.* Et Ionae 3. *Adhuc quadraginta dies, & Ninive subuertetur:* quorum tamen neutrum contigit. Ergo in praedictionibus ante allatis de futuris conditionate, non est quaerenda certa & infallibilis veritas.

Deus aliqui praedicta comminationis & tacite subintellecta conditione.

Respondetur omnes diuinas praedictiones esse veras infallibiliter secundum sensum à Deo praedicente intentum. In quibusdam autem, & praecipue in comminatoriis, subintelligitur communiter aliqua conditio, puta, si peccatores non resipiscant, & conuertantur ad Deum, ipsumque studeant placere per poenitentiam, iuxta illud Ieremiae 18. vers. 8. *Si egerit poenitentiam gens illa à malo suo quod locutus sum aduersus eam, agam & ego poenitentiam super malo quod cogitavi ut facerem ei.* Ratio est, quia huiusmodi comminationes fieri solent à Deo, vt excitet homines ad poenitentiam, & ad auertendum malum quod Deus ipse vult per eorum resipiscentiam auerti, iuxta illud Ezechiel 18. vers. 2. *Nunquid voluntatis meae est mors impij, die Dominus Deus, & non vt conuertatur à viis suis, & viuat?* Posita autem conuersione, non infligitur poena, quae non fuit praedicta vt absolute infligenda, sed sub tacita conditione, si peccator non resipisceret.

64
Secunda obiectio.

Objiciunt secundò, sanctos Patres, Augustinum praecipue, & Prosperum negare in Deo praescientiam conditionatam, & reprehendere Semipelagianos eò quòd illam assererent. Respondetur primò, constare ex dictis sect. 6. Patres aperte praescientiam illam in Deo agnouisse & asseruisse. Quòd si alicubi videntur eam negare: loquuntur ibi de praescientia absoluta, quam sequatur euentus ante prauius. Vt de S. August. Gregorio magno, & Damasceno ostendimus num. 50. De Prospero verò, patet ex responsione eius 8. ad excerpta Genuensium, scientiam Deo mediam, seu conditionalem, agnouisse. Quare cum alibi ait, signum esse praesciri à Deo quae non sunt futura, intelligit praesciri absolute, sicut debent ea praesciri quae Deum mouent vt vera merita, quae de re

Prosper.

fermo illi erat & Augustino contra Semipelagianos.

Respondetur enim secundò, ad alteram partem obiectionis, eisdem Patres non reprehendere Semipelagianos, eò quòd scientiam conditionalem Deo tribuerent, sed quòd illa (quam ipsi quoque agnoscunt) abuterentur ad tuendum suum errorem de vocatione ad gratiam propter merita praecedentia. Cum enim Patres instarent, quid fecit paruulus qui vocatur ad baptismum ante mortem, praeter alio quem Deus permittit mori sine baptismo? Respondebant Semipelagiani infantem illum nihil quidem fecisse, quo mereretur vocationem ad baptismum: sed facturum fuisse si vixisset, & Deum propter bona eius opera sub conditione prauius, hanc illi primam vocationem & gratiam dedisse. Ita de illis refert Prosperus Episcopus ad August. praefixa libro de praedest. sancti. & August. lib. de praedest. sancti. cap. 12. *Quibus merito Patres obieciunt ficticia esse illa merita: quia Deus non retribuit praemium, vel poenam, operibus quae sunt futura conditionate tantum. Alioquin damnaret eos quos rapit ne malitia mutet intellectum eorum: & saluaret Tyrios ac Sidonios; quos praesciuit acturos poenitentiam si Christum vidissent & audiissent, vt Iudaei. Quorum vtrumquod est Scripturae contrarium.* Plura de hac obiectione videri possunt apud Didacum Ruis disput. 66. sect. 9. & Suar. tomo 1. de gratia, Prolegom. 2. cap. 4. & Augustini & Prosperi verba, quibus praecipue abutuntur Aduersarij, integrè refert & exponit.

65
Patres reprehendunt tantum in Semipelagianis malum vsum scientiae conditionae.

Objiciunt tertio, D. Thomam quae 14. art. 9. & in 1. distinct. 38. art. 4. & in 3. distinct. 14. & qu. 8. de verit. art. 8. non aliam in Deo scientiam agnoscere, quam scientiam visionis, & simplicis intelligentiae: vel quod eodem redit, scientiam naturalem, & liberam. Atqui scientia conditionalium tantum, sub nullo horum membrorum comprehenditur. Neque enim est scientia visionis: quia haec scientia, vt D. Thom. exponit art. 9. qu. 14. est tantum de illis quae existunt in aliqua temporis differentia, id est, quae sunt acti, vel fuerunt, vel erunt. Neque etiam est scientia simplicis intelligentiae: quia haec scientia est tantum de illis, quae sunt in potentia Dei, vel creaturae, quae tamen nec sunt, nec erunt, neque fuerunt, vt D. Thomas ibidem ait. Adde quòd scientia simplicis intelligentiae est Deo naturalis, & absolute necessaria. At scientia conditionate futurorum contingenter & liberè, non est Deo naturalis & absolute necessaria, sed contingens: potuit enim Deus non cognoscere hoc esse futurum sub tali conditione, quia potuit hoc non esse futurum sub illa eadem conditione. Quòd enim fieret liberè, posset non fieri. Et si non fieret, non cognosceretur à Deo.

66.
Tertia obiectio.

Respondetur primo S. Thomam aperte agnoscere in Deo scientiam conditionalium 3. p. quae 1. art. 5. ad 2. Nam ibi approbat id quòd ait S. August. lib. de dono persever.

67
D. Thomas agnoscit in Deo scientiam conditionalium.

cap. 9. dictum illud Christi Matth. 11. *Si in Tyro, & Sidone &c. fuisse attestationem diuinam de penitentia Tyriorum & Sidoniorum futura: quæ tamen fuit tantum conditionatè futura.* Omnis autem attestatio Dei est sine dubio infallibilis, & supponit si mente Dei attestantis noticiam certam & infallibilem eius quod attestetur. Nam diuinæ testificationi falsum subesse non potest, vt neque fidei diuinæ, testimonio Dei infixe: quemadmodum docet idem S. Doctor 2. 2. quæst. 1. art. 3. c. & Trident. sess. 6. cap. 9. in fine. Et in eadem solutione secundi argumenti respondet S. Thom. ex propria sententia, non esse volentis, neque currentis, sed miserentis Dei, qui his quos præuidit, si apud eos facta essent, suis miraculis credituros, quibus voluit, subuenit: aliis autem non subuenit, de quibus in sua prædestinatione, occultè quidem, sed iustè aliud iudicauit. Vbi vides iustum ex assertione D. Thomæ scientiam Dei purè conditionatam, circa istos posteros quibus non subuenit, quamuis præuiderit credituros si subuenisset.

68. Scientia condit- nata pertinet ad scientiam visionis, aut simplicis intelligentiæ, hæc sumptam.

Respondeo secundò, scientiam conditionalium, in prima diuisione, contineri posse in scientia simplicis intelligentiæ, completente quicquid nec est, nec fuit, nec erit, & eadem manet in pura potentia Dei, vel creaturæ. Et hoc ipsum nonnullis Thomistarum fatendum est necessariò, qui admittunt Deum agnoscere in suo decreto aliqua futura tantum conditionatè: vt Didacus Aluarez disput. 7. de auxiliis. & Cúmel 1. 2. qu. 111. art. 3. disput. 3. ad 1. alique scholares de Thomistis Recentioribus.

Et ad scientiam naturalem vel liberam.

Respondeo tertio, scientiam conditionalium, in secunda diuisione, contineri posse sub membro scientiæ naturalis, si per naturalem intelligatur, non ea solùm quæ est absolute necessaria: sed omnes illa quæ non præsupponit aliquid Dei decretum existens, aut absolute exiturum. Vel etiã in membro scientiæ liberæ: si per liberam intelligatur omnis scientia contingens, quæque pro obiecto habet liberum aliquid Dei decretum actuale, saltem futurum sub conditione, quo vel ipse faceret per se, aut per creaturam faceret fieri, aut saltem fieri permitteret id quod sub conditione futurum esse prænotificat. Sicut enim nihil est, aut esse potest absolute futurum, quod non inuoluat aliquid Dei decretum actuale, saltem de permitrendo: ita nihil est conditionatè futurum, aut esse potest, quod non inuoluat saltem hanc hypothèsim, si Deus permitteret.

69. Quæra obiecto. Futura condit. sunt habitura determinationem sub conditione.

Obijcit quartò Didacus Aluarez disput. 7. de auxiliis, huiusmodi futura conditionatè non esse scibilia, quia non habent determinationem, neque in se, neque in causa, vel in Dei decreto. Respondeo, non habere quidem nunc determinationem, quia nunc non sunt, imò nunquam erunt: sed habitura esse determinationem si condit. poneretur, quia causa libera se determinat tali conditione posita. Quod sufficit ad veritatem pro-

positionis, & cognitionis de tali obiecto vt taliter futuro. Quemadmodum sufficit ad veritatem propositionis & cognitionis de futuris absolute, quòd causa se determinabit: quamuis nondum sit determinatio. Sit veritas formalis diuinæ cognitionis, est quidem actu in mente Dei: est etiam actu vera, & conformis obiecto, propositio quam Deus vel quam alius enunciat de tali obiecto futuro, eo modo quo futurum est: sed non propterea obiectum actu existit, neque eius determinatio aut veritas obiectiua, quæ est illud ipsum quod enunciatum esse futurum. Imò vt cognitio, & propositio sit vera, debet tantum futurum esse, sicut præcisè cognoscitur aut enunciatum. Grauiusque hallucinantur quidam Recentiores existimantes nullam propositionem esse veram, nisi eius obiectum actu existat in præsens; etiam si enunciet tantum aliquid esse futurum, aut esse præteritum, aut esse impossibile. Quod quam improbabile, & à vero alienum sit, ostendimus tom. 3. disp. 2. sect. 2. & 3.

70. Quæra obiecto.

Obijcit quintò, idem Author loco citato, Deus ante omne decretum suæ voluntatis, non scit quot homines vel Angelos esset producturus, si crearet alium mundum. Ergo similiter non scit ante idem decretum, quot actus vel quales esset producturus quilibet homo vel Angelus, si crearetur & constitueretur in talibus circumstantiis. Probat autem antecedens, quia si Deus ante determinationem esset liberæ voluntatis sciret quot Angelos esset producturus ex suppositione quòd vellet creare alium mundum; non esset liber in eorum productione. Consequentia verò confirmatur quia eadem ratione non erit liber consensus Petri futurus, si ante omne decretum diuinæ & humanæ voluntatis, sciat Deus infallibiliter Petrum consenturum si ponatur in tali circumstantia. Præsertim cum non sit in libertate Petri, ponere vel tollere istam conditionem, nempe præscientiæ. Absurditas verò illius consequentiæ patet, eò quòd tollitur libertas creaturarum. Item ponitur aliqua veritas creata omnino independens à Dei voluntate. Nam si Deus scit Petrum consenturum si vocatur, ante omne suum decretum, ac nullum habens decretum de vocando: ille consensus est futurus independens à Dei voluntate, & posita illa si potest Deus non potest impedire consensum. Quod est absurdum & iniuriolumi supremo & vniuersali Dei dominio.

71. Deus præscit futura conditio- nata i- dependentes à suo decreto, etiam si non erunt vel non erunt absolute: sed ponendo conditione.

Ad primum Respondeo distinguendo antecedens: Deus ante omne decretum suæ voluntatis, ne quidem etiam sub conditione ponendum, non scit quot Angelos vel homines producturus esset, si alium mundum crearet: Concedo: nam hæc scientia præsupponit suum obiectum esse futurum sub conditione. Obiectum autem inuoluitur decretum Dei decretum, quo in tali suppositione, vellet creare tot Angelos vel homines: ita vt dicere, Deus scit quot produceret: sit dicere, Deus scit quot vellet producere in tali

hypothesi. Deus ante omne decretum suae voluntatis actu positum, aut ponendum absolute, de tot Angelis vel hominibus producendis in alio mundo, non fecit, ut produceret si alium mundum crearet: Nego. Nam veritas huius propositionis, si Deus crearet alium mundum, crearet tot Angelos, non penderet à decreto creandi positum vel ponendo absolute: sed sufficit quòd in illa hypothese Deus vellet tot creare, quamvis re ipsa non velit, neque voliturus sit. Ergo potest à Deo sciri independenter à tali decreto.

Neque id obest libertati Dei, vel creaturarum.

Ad consequens Respondeo, adhibita simili distinctione: Deus non scit quot actus vel quales, quilibet homo aut Angelus esset producturus si poneretur in talibus circumstantiis, ante omne decretum suae voluntatis, & libertatis creaturae, conditionatè ponendum: Concedo. Actum positum, aut absolute ponendum: Nego.

Ad Probationem antecedentis Respondeo, similiter Deum non esse liberum ad tot homines vel Angelos producendos, si sciret se tot producturum in tali hypothese, ante omne decretum suae voluntatis, etiam conditionatum, id est, quòd saltem haberet in tali hypothese: Concedo. Ante absolute: Nego. Manet enim integra & illaesa Dei libertas; in eo quòd ratione prius liberè vellet, si conditio illa poneretur, tot creare, quam sciret se tot creaturum: & non sciret se voliturum in tali hypothese tot creare, nisi quia, posita eadem hypothese, liberè voliturus esset. Quare sicut praescientia absoluta non obest libertati Dei vel creaturae, quia supponit & sequitur liberum eius exercitium; ideoque scit Deus causam liberè operaturam, quia liberè operatura est: sic neque praescientia conditionata obest libertati, quia pariter praesupponit illius exercitium sub conditione futurum.

Ad confirmationem consequentiae, idem dico de consensu Petri futuro sub conditione, qui non praescitur esse futurus conditionatè, nisi ex suppositione quòd esset liberè consenturus posita conditione. Quare suppositio praescientiae penderet à Petri libertate, qui posita conditione posset non consentire, consentit enim liberè: & si non consentiret, Deus non praesciret eum consenturum. Penderet etiam eadem praescientia à Dei libertate, quatenus obiectum praescientiae, id est, consensus Petri sub conditione futurus, involuit quòd sub illa conditione Deus eum liberè vocaret, & permetteret eum liberè agere, vel letque cum eo concurrere ad consensum. Quare neque tollitur libertas creaturarum, neque ponitur aliqua veritas creata omnino independentes à Dei voluntate. Nam neque ille consensus, nec quicquam aliud, fieret à creatura in quacumque hypothese, sine Dei voluntate in ea hypothese volitura vel permittenda ut fiat. Nihil enim extra Deum esse potest, nisi Deo vel faciente, vel concurrente, aut permittente ut fiat.

73. Obicit sextò ibidem, nullam esse necessi-

tatem, aut utilitatem constituendi praescientiam divinam boni vsu liberi arbitrii ex aliqua hypothese, ante decretum divinae voluntatis absolutum de tali bono vsu ponendo. Ergo non est afferenda talis praescientia Antecedens probatur, quia si esset utilis aut necessaria: maximè ut vitetur praedeterminatio physica: & Deus illaesa libertate creata, assequatur infallibiliter, eos actus bonos & liberos creaturae, quos antecedenter efficaciter praedefinit: nimirum eligendo e mediis possibilibus infinitis, illud quòd praescit habiturum esse consensum liberum creaturae, si illi offeratur. Cùm enim praesciat quid in quocumque casu faceret talis creatura; praescit quòd liberè consentiat si tali modo, tali tempore, tali loco vocetur, & inviteatur ad consensum. Iamque Deus eligens talem vocandi modum, est certè infallibiliter de futuro consensu. At, inquit Aluarrez, Assertores huius praescientiae non propterea vitant incommoda, quae vitare conantur: imò incidunt in absurda. Nempe quòd infallibilis coniunctio consensus cum praedefinitione, reducenda sit ad aliquid naturale, vel ad constellationem caelestem, vel complexione individualem &c. Nam quòd liberum arbitrium sit consensurum, non refunditur in decretum voluntatis praedefinientis, cùm ista scientia praecedat hoc decretum, quòd in illa fundatur iuxta sententiam assertorum scientiae mediae. Neque in naturam gratiae efficacis se se infallibiliter, quia per eandem nulla est talis. Neque in ipsam liberam voluntatem, quia omnino indifferens ad opposita, sub quibuscunque circumstantiis constituitur. Neque etiam in modum proponendi obiectum, quia voluntas adhuc est libera & indifferens circa obiectum propositum. Neque demum in alium actum liberum, quia loquimur de primo actu libero. Et quamvis alium praesupponeret, si tamen illo praesupposito adhuc liberè eliceretur, posset non elici: atque ita non esset infallibiliter cum illo connexus, id est, non sequeretur infallibiliter vi illius solius.

Sexta obiectio.

Addit Modernus quidam aliud absurdum: Nempe Assertores scientiae mediae indignè de Deo sentire, cùm putant Deum hac scientia indigere, & sine illius vsu esse expositum periculum aberrandi à fine quem intendit. Quia, inquit, hoc est facere Deum similem illis hominibus Luc. 4. Quorum vnus volens turrim adificare, prius sedens computat sumptus qui necessarij sunt, si habeat ad perficiendum ne posteaquam posuerit fundamentum, & non potuerit perficere, omnes incipiam illudere & dicentes, quia hic homo cepit adificare & non potuit consummare. Alter iurans committere bellum aduersus alium regem, sedens prius cogitat si possit cum decem millibus occurrere ei, qui cum viginti millibus venit ad se; aliaquid &c. Quòd, inquit, est tribuere Deo indignam sollicitudinem: & Deum facere non omnipotentem, aut diffidentem suae omnipotentiae. Nam si est omnipotens,

74. Nouum figmentum.

ANTONIO
MUS
J. M. BARRA
VI
II

potest quacunq; via voluerit, assequi consensus liberum creaturæ. Ergo, non eget inquisitione scientiæ mediæ, & attentione ad hunc aut illum casum, vt liberum consensus creaturæ infallibiliter obneat, nisi vel non sit omnipotens, vel omnipotentiam suam ignoret, aut de illa dissidat. Quemadmodum enim homines supradicti, non prius debent sollicitè cogitare, se essent omnipotentes, aut si certi essent se satis habere virium & diuitiarum, nihilque esse quod possit impedire ab assequendo quod intendunt: sic Deus, &c.

75. Ad primum Respondeo, primam & summam necessitatem tribuendi Deo hanc scientiam, esse infinitam Dei perfectionem, illimitatam in intelligendo, & attingentem quicquid est cognoscibile. Vnde posito quod huiusmodi conditione futura sint vera independenter à decretis Dei absolutis, ac sine illis, sintque de se cognoscibilia, quia vera: non possunt à Deo ignorari. Esse autem vera & cognoscibilia, ostendimus numero 53.

76. Ad secundum, id est, ad probationem antecedentis, Respondeo hanc scientiam esse planè necessariam, vt Deus, salua libertate creaturæ, assequatur infallibiliter actus eius liberos, quos antecedenter & efficaciter prædefiniuit. Nam vt Deus sic prædefiniat aliquem actum liberum creaturæ, debet esse certus, ratione prius, se illum infallibiliter assequiturum si prædefiniat, id est, si velit efficaciter & antecedenter. Vna enim de conditionibus prærequisitis ad liberè volendum, est cognitio obiecti volibilis, sub ea ratione quæ est volibile. Et vna de conditionibus prærequisitis ad liberè volendum prudenter aliquid obtinere infallibiliter, est cognitio quod id possimus assequi infallibiliter, si velimus. Atqui nulla est alia scientia, per quam Deus ratione prius quàm prædefiniat antecedenter & absolute tales actus, sit certus infallibiliter de illorum euentu. Non enim scientia simplicis intelligentiæ circa illos vt possibiles; quia non sequitur esse futuros infallibiliter, ex eo quod possibiles sint. Non etiam scientia visionis circa causam creatam, in actu primo sumptam, siue solam, siue cum omnibus alijs causis, & conditionibus actum liberum antecedentibus; quia positis illis omnibus, voluntas, adhuc libera est ad agendum, vel non agendum, potestque, si velit, non consentire Dei inspirationi & motioni, vt definit Trident. sess. 6. cap. 5. & can. 4. Ergo ex illis solis non sequitur infallibiliter quod sit actura. Ergo in illis solis non habet Deus medium infallibile sciendi quid futurum sit infallibiliter & volendi antecedenter & efficaciter, seu absolute, liberum actum creaturæ. Superest ergo vt illum attingat infallibiliter & immediate in seipso, cognoscendo quomodo causa sit se liberè determinans ad talem effectum, si eam tali aut tali modo præueniat: & cognoscat, ex ipso quod verè futurum est vt

causa se ita determinet, si sic præueniat. Quo præcognito Deus eligens & decernens tali modo præuenire, est infallibiliter certus de futuro consensu, & actu bono libero creaturæ.

Ad tertium, hoc est, ad prius incommo- dum vel absurdum, Respondeo infallibilem connexionem consensus prædefinitione, reducendam esse ad electionem & positionem medijs & modi eligendi, ex quo consensus est re ipsa securus, & quod si ponatur, Deus ratione prius quàm prædefiniat quàm eligat, præscit infallibiliter actum esse securum, quia præscit infallibiliter quicquid futurum est siue liberè, siue necessarid. Erit autem ille consensus, partim & præcipue à Dei gratia excitante & cooperante: partim à voluntate creaturæ se determinante liberè ad talem actum, & cooperante cum Dei gratia. Liberè enim consentit gratiæ excitanti, vt docet Trident. locis supra cit.

Ad alterum absurdum, Respondeo esse merè imaginarij, & parum consideratè constitutum. Primum enim, cum dicimus Deum egere hac scientia ad prudenter prædefiniendum antecedenter & absolute actus liberos creaturarum; non est sensus, quod illam aliunde emendicare debeat, aut possit illa carere, periculumque sit ne illius defectu possibili aberrare possit à fine quem intendit. Nam posito eius obiecto, id est, posito quod actus sit liberè futurus, Deus necessarid cognoscat esse futurum, ex vi suæ perfectissimæ & infinitæ intelligentiæ. Quamque est impossibile Deum aliquid ignorare, aut falli in sua cognitione: tam est impossibile Deum aberrare à sua intentione, & non assequi infallibiliter, quicquid antecedenter & absolute prædefinit. Item, quàm est impossibile Deum cæco modo & imprudenter decernere: tam implicat eum prædefinire sine vsu istius scientiæ necessariæ ad prudenter prædefiniendum. Quare non negis absurdum est aut indignum Deo, dicere Deum egere hac scientia vt prædefiniat, id est, non posse prædefinire sine hac scientia: quàm dicere, Deus egit sua omnipotentia vt mundum crearet, id est, non potuit mundum creare sine sua omnipotentia, imò nec sine intelligentia & voluntate creandi: nisi enim potest generari ad extra, nisi scienter & liberè.

Secundò, cum dicimus Deum vt hac scientia, & ratione prius quàm prædefiniat antecedenter & absolute attendere seu cognoscere modum, quo voluntas creata præueniat, est consensus & bene operatura. Non est sensus quod Deus hoc inquirat cum sollicitudine, & cum difficultate aut labore in veritate inuenienda, vt solent creaturæ. Sed quod simplici intuitu, ac necessarid, supposito obiecto, sciat perfectissimè quid creatura sit liberè operatura, eadem facilitate, qua seipsum & alia sibi præsertim cognoscit perfectissimè. Quare falsò & ineptè consipitur Deus

Necessitas prima ponendi in Deo scientiam conditionatam, est illius perfectionis intelligentiæ.

Scientia illa est Deo necessaria ad dirigendam antecedentem prædefinitionem effectivam actuum liberorum.

77

Vnde ostenditur infallibilitatem effectivam prædefiniendi.

78

Dicitur non negare sollicitudinem ad dirigendam antecedentem prædefinitionem effectivam actuum liberorum.

79

Deus similis esse hominibus illis Luc. 14. sedentibus & cogitent, si possint &c. id est, attentè meditantibus, & cunctanter, in quiete & silentio, sollicitèque, & cum anxietate atque incertitudine inquirentibus, num possint assequi quod intendunt.

80
Quo sensu dicatur egerè & vti illa scientia in prædefinendo?

Tertio, non propterea dicimus Deum vel non esse omnipotentem, vel diffidere suæ omnipotentia. Sed sicut ad prudenter decernendum absolute aliquid creare, debet ratione prius cognoscere suam omnipotentiam, & certus esse se posse creare. Ita ad prudenter prædefinendum absolute, debet ratione prius cognoscere suam omnipotentiam habere mediâ, quibus positus sequetur talis effectus. Et quia sequetur, cognoscitur infallibiliter à Deo esse securus, si hæc mediâ ponantur. Falsum verò est quod additur in obiectione, Deum, si est omnipotens, posse quacunque viâ assequi, aut velle assequi infallibiliter, consensum liberum creaturæ. Nam omnipotentia non extenditur ad impossibilia. Alioqui possibile esset impossibile, & posset Deus facere aliquid quod fieri non potest. Est autem impossibile Deum obtinere consensum liberum creaturæ per aliquid physicè prædeterminans, & antecedenter necessitans ad consensum. Quare non potest illum hac viâ assequi, aut velle assequi. Ergo debet attendere, si est, cognoscere & eligere aliam viam, quâ assequatur. Ad hoc autem cognoscendum certò & infallibiliter, non eget sollicitudine, conscientia & securus suæ omnipotentia, ac mediâ sibi possibilem, ex quibus consensus sit securus. Sicut homines illi, de quibus Luc. 14. non egerent sollicita attentione, & inquisitione, si essent sibi conscientij certò & infallibiliter se esse omnipotentes, aut habere satis virium ad assequendum id quod cupiunt, nec quemquam illis restitutum. Deberent tamen, ut prudenter intenderent efficaciter, ratione prius cognoscere se posse assequi infallibiliter. Nam ad prudens decretum non sufficit potentiam assequendi esse in se, sed debet esse quoque in cognitione, id est, debet cognosci, ut prudentia, quæ consistit formaliter in cogitatione, dirigat decretum. Imprudenter enim decernit efficaciter & infallibiliter obtinere aliquid, is qui nescit an habeat mediâ quibus infallibiliter obtineat.

cernere in tempore) si fuisset aliqua conditio, quæ ipsa non fuit. Puta qui Deus decreuisset, si noluisset hunc mundum creare, voluisset creare alium, & qualem? Secundo, possunt concipi conditionata præcisive tantum, id est, quæ sunt quidem, & fuerunt absolute ab æterno: sed cum fundamento in re concipiuntur à nobis ratione prius sub conditione pendenti, nondum considerando quod actu sit posita, vel ponenda, quod eâ præsupposita Deus decreuerit absolute. Hoc autem fundamentum in eo consistit, quod licet decretum sit actu ab æterno, adeoque nunquam fuerit formaliter futurum, neque præuisum à Deo ut tale: illius tamen veritas ut conditionate spectati, non pedit ab actuali positione conditionis, eiusque veritate absoluta: sed est prior illâ in subsistendi consequentia. Ex. gr. licet decretum de Christo mittendo ut passibili, fuerit ab æterno, supposito peccato, cuius suppositio fuit Deo cognita ab æterno: tamen veritas huius propositionis, si Adam peccauerit, Deus decernet ratione posterius & dependenter à tali occasione, mittere Christum ut passibilem, non pender à veritate istius, Adam peccabit, & Deus præuiso eius peccato decreuit Christum mittere in carne passibili. Esset enim vera prior propositio, quamvis Deus non decreuisset, neque Adam peccasset. Quare non pender à conditione ut actu posita vel ponenda, neque à decreto ut existente. Ergo potest cognosci sine illis: & postulat, quam posterior veritas: illamque non inferat necessario, quamvis ab illa inferatur, adeoque est magis independentis, ac prior in subsistendi consequentia. Non valet enim hæc consequentia: Si Adam peccabit Deus mittet Christum: ergo Adam peccabit, & Deus mittet Christum ex occasione peccati. Valet tamen ista: Adam peccabit, & Deus mittet Christum ex occasione peccati. Ergo erat missurus si peccaret. Quare ergo potest, an veritas propositionis conditionata de decretis diuinis, ut prior ratione, & independentis ab actuali eorum existentia, cognoscatur à Deo?

Dico primò, Deum cognoscere quid in quacunque hypothese decreuisset: adeoque cognoscere omnia sua decreta conditionata prioris generis ex duobus initio propositis, id est, conditionata exclusivè. Patet, quia huiusmodi decreta non sunt minus vera obiectivè, & cognoscibilia de se, quam actus liberi creaturarum futuri tantum conditionate. Ergo non possunt à Deo ignorari, cuius intelligentia illimitata attingit quicquid verum est. Antecedens probatur, quia non minus verum est, Ex. grat. si talis hypothesis fuisset, puta si Christus rogasset Patrem, Deus decreuisset mittere illi plusquam duodecim legiones Angelorum, ad impediendum ne caperetur à Judæis: quam sit verum, si Petrus in tali occasione posset fuisset, peccasset: aut si posset, peccabit.

Deus cognoscit quid decreuisset in quacunque hypothesis.

SECTIO IX.

An Deus cognoscat decreta conditionata sua voluntatis?

81
Decreta Dei conditionata possunt dupliciâ consistere.

Hæc controversia versatur inter ipsosmet Assertores scientiæ mediæ. Quæ vè clarè proponatur, supponendum est decreta Dei conditionata posse concipi dupliciâ. Nempe vel exclusivè conditionata, id est, quæ non sunt ipsa, sed quæ essent, & fuissent ab æterno (Deus enim nihil potest de-
Terminus. I

Supposito enim quoddam tale decretum Dei fuisset in tali hypothesi, ut supponimus, æquæ ac peccatum Petri fuisset aut foret supposita tali occasione: tam verum est id quod enunciat per priorem propositionem hypotheticam, quam id quod per posteriorem. Et utraque propositio est æquæ conformis obiecto: quia æquæ enunciat id quod esset cum illa conditione.

83
Deus cognoscit sua secreta conditionata æquæ, independenter ab actuali eorum existentia.

Dico secundo, Deum æquæ cognoscere sua decreta conditionata præcisivè, id est, considerata secundum veritatem obiectivam, quam habent independenter ab existentia actuali, & priorem in subsistendi consequentia. Probat, quia Deus cognoscit omnem veritatem. Atqui huiusmodi decreta habent duplicem veritatem: unam hypotheticam, expressam hac propositione, Si Adam peccaverit, Deus mittet Christum in carne passibili: alteram absolutam expressam ista propositione, Quia Adam peccabit, Deus mittet Christum in carne passibili: quarum veritatum prior est independens à secunda, & ab existentia actuali peccati Adæ, deæque de Christo mittendo: esset enim quamvis Adam non peccaret. Ergo Deus non novit tantum posteriorem veritatem, expressam per propositionem absolutam, sed & alteram expressam per propositionem hypotheticam. Neque obest quod decretum illud sit ab æterno præsens, & cognitum ut existens. Hoc enim non impedit differentiam veritatum, & independentiam unius ab alia, prioritatemque unius ad alteram in subsistendi consequentia: & consequenter non impedit duplicem Dei cognitionem circa huiusmodi veritates. Sicut licet Deus creasset Angelum ab æterno: id non obstat quod minus per scientiam simplicis intelligentiæ, & absolutè necessariam, cognosceret illum ut possibilem: & simul per scientiam visionis cognosceret ut existentem.

84
Suarez.

Consentit in utraque conclusione Suarez in opusculo suo de scientiâ condit. cap. 6. nu. 5. & sequentibus, ubi docet Deum cognoscere sua decreta libera, non solum ad modum futurorum: hoc est, ut ipse ibidem exponit, eadem vi & ratione, quâ cetera futura cognoscit; independenter scilicet ab existentia iam actu posita: & hoc sensu dici posse cognoscere illa ut futura vel absolutè, vel conditionatè. Ad quod probandum de illis decretis etiam liberis quæ Deus habuit de facto ab æterno, triplicem affert rationem. Prima est, quia licet hæc decreta non potuerint secundum rem, id est, secundum realem durationem, prius præsciri à Deo conditionaliter, quam absolutè, sunt enim ab æterno absolutè præscita, quia ab æterno propositio conditionalis transit in absolutam: tamen quoddam sibi dominus huiusmodi decreta possint ratione prius cognosci ut futura, quam ut actu præsentia, seu (quod idem est) quoddam

Triplex ratio, cur Deus illa cognoscat.

possint cognosci eadem vi & ratione, quæ cognoscuntur alia futura conditionata, patet, quia quamvis illa decreta sine se æterna, & actu præsentia: tamen cognosci possunt quasi independenter ab illa actuali præsentia, & de facto cognoscuntur à Deo, quamvis non ab æterno, sed in tempore illa haberet. Quod signum est Dei cognitionem de illis, non esse dependentem ab actuali eorum præsentia. Hoc autem solum est quod volumus significare, cum dicimus cognosci prius ratione ut futura, quam ut existentia. Hoc enim non asserimus ad significandum esse prioritatem durationis in re: sed ad explicandum vim & modum cognitionis, consideratum ex ordine vel independentia obiectorum.

Secunda ratio est, quia licet Dei decretum liberum sit æternum: tamen ratione prius cognoscit Deus suam voluntatem ut potentem decernere, quam ut decernentem actu. Prior enim cognitio est necessaria, & minus postulat ad sui veritatem, quam posterior. Et obiectam cognitionis posterioris, supponit obiectum prioris; non contrariè: unde est posterior in subsistendi consequentia. Ergo similiter Deus ratione prius cognoscit suum decretum liberum, quam existat re ipsa: id est, cognoscit independenter ab actuali eius præsentia & coexistentia, attingens veritatem propositionis conditionatæ præcisivè, independenter ab existentia ut iam actu posita.

Tertia est, quia ex communi consensu Afferentium scientiæ conditionatæ Deus habet hanc scientiam de actibus voluntatis creaturæ, prius secundum rationem, quam ipse aliquid liberè decernat circa ullam creaturam voluntatum. Ex quo principio communis Suarez sic argumentatur. Prius ratione quam Deus habeat hanc scientiam conditionatam de creaturis, habet scientiam simpliciter necessariam de omnibus, quæ possunt creaturæ convenire. Nam hæc scientia simplicis intelligentiæ est Deo essentialis, & simpliciter necessaria, estque principium generationis Filij. Conditionata verò illa, est contingens simpliciter, & posterior ratione ex parte subiecti, quasi productio Filij & Spiritus sancti. Et nihilominus dicitur Deus habere illam scientiam conditionatam, prius ratione quam circa creaturas habeat decretum liberum voluntatis: ergo admittitur in intellectu divino scientia non omnino necessaria, & tanquam modo libera, prius ratione quam sit in voluntate decretum liberum. Ergo eadem ratione præcedere potest in intellectu divino similis scientia aliquo modo libera, habens pro obiecto decretum liberum voluntatis, prius ratione quam tale decretum in re positum intelligatur. Quia neque ex parte scientiæ, & actus liberi, est maior ratio, neque est maior connectio inter voluntatem creaturæ & actum suum, quam inter voluntatem divinam, & suum de-

85
Deus ratione prius cognoscit suam voluntatem ut potentem decernere, quam ut decernentem actu.

86

eretur: est enim hoc perfectissimè liberum: neque assignari potest vlla sufficiens ratio, cur hoc magis repugnet in voluntate in-creata, quam in voluntate creata. Hæc Sua-res. Contra quæ nihil faciunt quæ illis opo-nit Valentin. Herice, vt videbimus pau-lò post.

87

Molina

Contrarium sentit Molina r. p. disp. 15. & 17. §. *Quæret fortasse aliquis*: & in Con-cord. disp. 49. & 50. vbi negat Deum habere posse scientiam mediam, seu conditiona-tam, respectu suorum decretorum, præscite-que in quam partem voluntas sua se determi-naret, ratione priùs quam determinata sit. Fundamentum eius est, primò quia ratio cog-noscendi futura libera, siue absoluta, siue conditionata, non est determinata cognosci-bilitas obiectiua futurorum (quam ipse non admittit) sed supercomprehensio voluntatis libere operaturæ, vt ibidem probare conatur. Deus autem non supercomprehendit suam voluntatem: ergo non habet rationem cog-noscendi sua decreta libera quasi futura. Secundo, quia hæc præscientia non potest fieri cum libertate in eodem supposito, quamvis possit in alieno. Quare Deus non esset liber circa sua decreta, si Deus ea præ-sciret.

88.

Decreta
Dei condi-
tionata ha-
bent deter-
minatam ve-
ritatem.

Ad primum, Respondeo primò, non esse verum quod ait Molina, futura illa non ha-bere determinatam veritatem obiectiuam, quam Deus in se ipsa immediatè attingere possit per virtutem infinitam & illimita-tam suæ intelligentiæ. Secundo, super-comprehensionem Dei circa causam crea-tam liberam, in actu primo consideratam, non esse rationem Deo cognoscendi infal-libiliter quid sit libere actura. Cum enim sit à parte rei libera, possitque agere & non agere: quò magis & melius Deus eam cognoscit, eò magis scit esse liberam, posseque agere & non agere, ac proin-de non esse infallibile quòd sit actura. Vi sola actus primi. Tertiò, vel est connexio infallibilis inter voluntatem creatam & actum liberum futurum, vel non est. Si non est: Deus non cognoscit esse, quan-tumuis voluntatem illam supercompre-hendat, id est, cognoscat actu excellentiori, & plura cognoscit, si plura haberet. Sin autem est connexio: impertinens est super-comprehensio vt Deus illam cognoscat: nam dum modo Deus comprehendat so-lum, & cognoscat quicquid ipsa habet, cognoscat illam connexionem. Item si est talis connexio inter voluntatem, creatam, & eius actum liberum, erit quoque inter diuinam voluntatem, & eius decretum li-berum. Ergo Deus illam cognoscat, quip-pa qui cognoscit comprehensiuè suam vo-luntatem.

Deum
præscientia
non esse
Dei libere
acti.

Ad secundum: Nego antecedens. Illa enim præscientia est merè speculatiua, præ-supponens obiectum quòd speculatur, illi-que se accommodans. Scientia autem quæ supponit veritatem pendentem ex libero

exercitio voluntatis, non destruit vsum libertatis. Non enim destruit suum obie-ctum. Et quemadmodum qui purè incipit alium libere operantem quando libere ope-ratur, non tollit ei libertatem: ita simplex speculatio actus liberi, siue alieni, siue pro-prij, aut absolutè, aut conditionatè ponendi, non obstat quo minus libere ponatur, aut po-neatur sub conditione. Sic Christus, licet ab initio conceptionis sciret quos actus erat li-bere elicurus totà vitâ, libere tamen eos exercebat. Et si Deus inciperet in tempore aliquid velle libere, æterna eius præscientia de tali actu libere ponendo, non impediret quin libere velleret.

Secundò, Vasques disput. 65. cap. 4. n. 25. disputans an Deus eo instanti priori, quo concipitur à nobis vt intelligens res possibi-les, intelligat saltem suum decretum futu-rum, etiam si nondum sint res extra futura. Negat, & probat duobus argumentis, qua-æque concludunt Deum nullo alio modo priùs ratione cognoscere sua decreta libera, vt futura. Primo scilicet, quia decreta illa nihil addunt Deo intrinsecù, præter respectu rationis ad creaturas futuras, quare neque se-cundum rationem aliquid intrinsecum & reale futurum est, etiã respectu illius in-stantis rationis. Cuiusque in eo instanti quo solùm intelliguntur res possibiles, nondum sint futura, nondum erit respectus aliquis decreti ad res futuras: quia neque futurus res-pectus ad futuras creaturas intelligi potest sine ipsis futuris. Secundo, quia Deus non distinguit in seipso instantia rationis: ergo in seipso intellectu decretum ipsius non habet rationem futuri in sequenti instanti, quia ip-se vt cognosceret hoc modo futurum, debe-ret instantia distinguere. Sed neque in nostro intelligendi & distinguendi modo, licet concipiamus Deum priùs cognoscere suam es-sentiam, quam decretum, non tamen decre-tum aliquo modo futurum, cum nunquam futurum sit, sed ab æterno præsens.

Ad primum Respondeo, non esse hanc quæ-stionem an decretum Dei sit aliquid forma-liter futurum? quasi aliquo instanti duratio-nis non existat, & respectu illius formalitèr futurum sit, neque etiam vtrù Deus decretum suum cognoscat esse formalitèr futurum pro aliquo instanti durationis? Cõuenimus enim omnes Deo decreta esse æterna, & ab ipso cognosca-sicuti sunt. Sed quæstio est an Deus ea cognos-cat eadem vi, & eadem ratione quâ cognoscit actus futuros libertatis creatæ, independèter ab ipsorum existentia vt iam actu posita: quâ etiã vi & ratione cognosceret ab æterno illa eadem decreta, quamuis in tẽpore inciperet illa habere. Ad decisionè autè huius quæstio-nis, nihil refert quòd Dei decretum addat tã-tum respectu rationis ad creaturas. Nam cer-tum est decretum illud, quicquid sit, & quic-quid addat, cognosci à Deo. Scit enim Deus quòd decernat, cumque sit verum ipsum de-cernere, nõ potest hanc veritatem ignorare. Quæstio ergo integra superest, an cognosca-

90

Vasquez

91.

curà Deo hypotheticè, vel absolutè, independentè ab existentia vt iam posita, ea virtute & ratione intelligendi, quàm nouit futura conditionata nunquam exitura, & futura absoluta, priùs quàm actu existant, & independentes ab existentia vt iam posita?

92 Porro sicut res possibles, vt tales, minus postulant, quàm vt futuræ conditionatè: & vt futuræ conditionatè, minus quàm vt futuræ absolutè: & denique vt futuræ absolutè, minus quàm vt actu existentes: Quia vt actu existant, debet esse actualis earum productio aut conseruatio, & Dei decretum de illis producendis debet esse traditum executioni: vt autem sint futuræ absolutè, non requiritur vt actu iam existant & producantur, sed sufficit quòd sint exituræ & producendæ: vt verò sint futuræ conditionatè, non requiritur quòd sint re ipsa exituræ: neque supponunt illam Dei decretum de producendo: sed tantum quòd si esset talis conditio, Deus decerneret eas producere: vt possibles denique nihil requirunt aliud, quàm potentiam diuinam vi cuius possint existere. Sic decretum Dei liberum vt possibile, id est, potens aliquo modo, aut sub aliquo respectu, esse & nò esse, in quòd liberum est, minus postulat, quàm consideratum vt existens hypotheticè: & vt existens hypotheticè, tantum aut præcisè, minus quàm vt existens absolutè. Primum enim requirit tantum quòd Deus possit libere decernere: secundum, quòd sit paratus decernere si conditio ponatur: tertium, quòd decernat actu. Vnde sicut propter ordinem illum qui est inter creaturas vt possibles, vt exituras conditionatè vel absolutè, & vt existentes: dicitur Deus cognoscere priùs ratione vt possibles, quàm vt futuras: & vt futuras, quàm vt existentes, ordine sumpto ex parte obiectorum, quatenus Deus ea cognoscit cum independentia vel dependentia quam habent inter se: sic pari ratione dici potest cognoscere sua decreta priùs vt possible, quàm vt obligata liberè per Dei voluntatem alieni conditioni si exponatur. Et sic etiam priùs ratione, quàm vt actu existentia conditione iam posita. Neque propterea intelligitur respectus ad creaturas futuras sine ipsis creaturis futuris, vel hypotheticè, vel absolutè, secundum quòd considerantur vt futuræ hypotheticè, aut absolutè: fatemur enim talem respectum non posse sine illis intelligi.

93 Ad secundum Respondo, non esse opus Deum aliter distinguere, hæc instantia rationis, quàm cognoscendo vnam veritatem vt independentem ab alia, & præsupposita isti, non vice versa. Quòd Deum facere, negari iure acquirit. Cognoscit enim omnem veritatem comprehensiuè, & omni modo quo est. Si quæ autem imaginantur hæc aliam distinctionem, tribuunt Deo ens rationis. Sed neque nos distinguimus, aliter illas prioritates, si rem bene concipimus. Neque verò imaginamur Deum pro aliquo inuicem cognoscere suum decretum nondum exiturè, esseque for-

maliter futurum paulò post: sed tantum intelligimus notitiam Dei de tali decreto, prædicta sub conditione ponenda vel non ponenda, eique conditioni alligato, non pendere ab actuali presentia decreti illius in æternitate, quoad cognoscibilitatem. Sed Deum perinde cogniturum, quamuis per impossibile decretum illud incepturum esset in tempore, sicut decreta creaturarum in tempore incipiunt.

94 Contra primum quoque sentit tertio, Valentin. Herice disp. 7. cap. 9. Sed quæ opponit, partim supponunt falsum: vt quòd ait, decretum Dei liberum non distingui ratione præscindente ab actu necessario: & decretum Dei liberum non posse concipi vt possibile: quæ duo falsa sunt in eo sensu quem Author intendit. Falsum enim est actum Dei necessarium non præscindere à decreto libero, saltem præcisè non mutua, quatenus decretum liberum, quàm liberum, addit aliquid & plus dicit, quàm actus necessarius præcisè sumptus. Falsum item est non posse idem decretum, quàm liberum, concipi vt possibile, id est, non posse concipi Deum vt potentem velle id, quòd verè à parte rei potest velle & non velle. Quòd sine ream distinctione, & dependentia liberi actus diuini, est à parte rei, & ita esse concipiendum est.

95 Reliqua verò quæ opponit, probant tantum Dei decreta non esse re ipsa, aut fuisse, neque esse potuisse, futura formaliter, ita vt aliquo instanti durationis non fuerint: quòd Author ille ait esse necessarium vt aliquid propriè & non abusus dicitur futurum. Eodemque tendunt illa omnia, quibus conatur enervare tres rationes Suarez ante relatas, num. 84. & sequentibus: Sed omnino aberrat ab intentione Suarez, & à statu questionis eo sensu quo Suarez rectè illum proposuit & exposuit: qui in eo consistit: Vtrum Deus cognoscat sua decreta, tam exclusiuè, quàm præcisè conditionata, independentè ab eorum existentia vt iam actu posita, & à conditione vt iam actu exhibita, vel exhibenda de facto, eadem vi & ratione, qua futura conditionata creaturarum cognoscit independentè ab eo quòd sint actu coexistentia suæ cognitioni? Quòd omnino conuincunt rationes superius à Suarez & à nobis allatæ.

S E C T I O X

Examinatur doctrina Recentioris cuiusdam Anonymi contra scientiam mediam.

96 Post hæc scripta venit in manus meas recens excusa dissertatio cuiusdam Anonymi contra scientiam mediam, cuius doctrina examinanda est, & si quid noui attulerit, expendendum. Is igitur in libro què scripsit de Ordine, cap. 24. in quo de scientia media

putare egreditur. Principio supponit futura conditionata, quæ dicuntur esse obiectum scientiæ mediæ, non esse tantum duplicia, vt docent illius assertores, neque diuidi adæquatè in ea quæ a parte rei aliquando ponenda sunt, eorum conditione posita, proindeque sunt etiam absolute futura: & ea, quorum nec conditio, nec ipsa vnquam in rerum natura sunt ponenda: Sed duo alia membra addi posse: videlicet eorum quæ posita conditione, sub qua dicuntur futura, non sunt tamen ponenda: vel è contra, quæ actu erunt, etiam non posita conditione.

Futura diuiduntur adæquatè in futura absolute, & futura conditionate.

Sed errat manifestè in ipso limine disputationis. Nam ea quæ conditione posita, non sunt ponenda; non sunt futura conditionate. Implicat enim contradictionem aliquid esse futurum sub tali conditione; & non esse ponendum, posita illa conditione. Siquè dicitur futurum esse sub illa conditione: falsò dicitur, quia non est tale. Quare ea quæ sunt huiusmodi, non pertinent ad diuisionem futurorum conditionate. Item illa quæ erunt, etiam non posita conditione, sunt futura absolute simpliciter: non autem conditionate, id est, dependent à conditione, & non nisi illa posita. Ergo illa quoque non pertinent ad diuisionem futurorum conditionate, quæ generaliter sunt huiusmodi, vt in sua existentia pendeant à conditione, eaque posita ponantur, & non posita non ponantur. Sine causa igitur communis diuisionis futurorum conditionate à Modèrno illo reprehenditur, velur diminuta, & insufficientis.

97. Scientia mediæ SS. Patribus fuit nota, & antiquis Theologis.

Secundò, in eodem capite, num. 4. affirmat neminem, ante Molinam, de Dei scientia mediæ, ne per somnium quidem vnquam cogitasse, nec eam vllibi vel supposuisse, vel adhibuisse, ad vllam siue Scripturæ sacræ, siue Theologiæ Scholasticæ difficultatem expediendam. At hoc à vero longe alienum esse patet ex dictis sect. 1. huius disputationis n. 42. & sequentibus, & tota ferè sect. 2. vbi ostendimus Scripturam, & Sanctos Patres manifestè hanc scientiam Deo tribuere, illamq; sapius supponi à D. Augustino, aliisque Patribus, soluendo varias quæstiones Infidelium circa mysteria fidei. Eandem antiquis Scholasticis non fuisse incognitam, atque imprimis D. Thomæ, satis perspicue ostendit Suarez lib. 2. de scientia conditionata, & Prolegomeno 2. de gratia, Ruis disp. 67. de scientia Dei, aliiq; qui hac de re copiosè & accuratius scripserunt. Illorum autem aliqua testimonia expendemus paulò post.

Suarez, Ruis.

98.

At, inquit, cum omnium confessione nulla in antiquis reperitur alia diuisionis scientiæ diuinæ, quam visionis, & simplicis intelligentiæ, & vtraq; sit absoluta; vbi nam gècium Iuniores conditionatam apud Seniores inueniunt? Dixerè enim veteres Theologos eam sub harum altera comprehendisse, nihil habet probabilitatis, cum conditionatam hanc vtraque priorè esse velint huius scientiæ Patroni. Deinde cum hæc scientiæ mediæ cognosci à Deo velint quædam futura condi-

tionata re vera futura, non potest pertinere ad scientiam simplicis intelligentiæ, quæ solum est eorum, quæ nec sunt, nec erunt, nec fuerunt. Sed neque ad scientiam visionis, quia hæc tantum est eorum quæ sunt, fuerunt, vel erunt. Scientiæ autem conditionatæ subiiciunt plurimam, quæ nec sunt, nec fuerunt, aut erunt vnquam.

Respondeo, tum Seniores, tum etiam pleròque Iuniores Theologos, eam partim sub scientia visionis, partim sub scientia simplicis intelligentiæ comprehendisse, posseque facillimè sub illis comprehendendi. Quatenus enim est eorum quæ re ipsa futura sunt, quia ponitur conditio, pertinet ad scientiam visionis, quæ est eorum omnium, quæ sunt, fuerunt, vel erunt, in quacunq; differentia temporis. Quatenus vero est eorum quæ nunquam erunt, quia non ponetur conditio, sub qua futura essent, pertinet ad scientiam simplicis intelligentiæ, quæ comprehendit omnia, siquam existentia: quamuis neque solum illudrum sit, verum etiam existentium, non vt existentium, sed vt possibilem, abstrahendo ab existentia actualiter posita vel ponenda. Quæ etiam ratione posset facile comprehendere scientiam conditionatam re ipsa futurorum, consideratorum non vt re ipsa futurorum absolute, sed præcisè vt futurorum conditionate, abstrahendo ab eo quod ponatur conditio, & veluti antecedenter ad illius positionem vt re ipsa futuram. Atque ita tota scientia mediæ, quæ talis, comprehenditur sub scientia simplicis intelligentiæ.

Comprehenditur partim sub scientia visionis, partim sub scientia simplicis intelligentiæ.

Quod autem ait Modernus, scientiam mediæ dici ab eius assertoribus esse priorè vtriusq; scientiæ; visionis scilicet, & simplicis intelligentiæ, non est verum. Nam illi manifestè docent, scientiam simplicis intelligentiæ, prout versatur circa possibilia, quæ vilia, & scientiam visionis, prout Deum ipsum, eiusque attributa necessaria attingit, esse priorè, saltem ex parte subiecti, & ordine necessitatis, scientiam conditionatorum: quia hæc contingens est, illa verò est simpliciter necessaria. Et scientiam rei actualis, vt possibilem, esse priorè subsistendi consequentiæ scientiæ eiusdè, vt futuræ conditionatæ. Neque enim vter subsistendi consequentiæ, Res illa est possibile, posita tali conditione. Ergo est futura, si ponatur hæc conditio. Valerè autem hæc, Res illa est futura si ponatur hæc conditio, ergo est possibile, sub illa conditione. Ac denique docent scientiam simplicis intelligentiæ rerum, & possibilem, esse priorè decreto Dei de iisdem, siue absolute, siue sub conditione ponendis, quod decretum supponitur, saltem sub conditione, in obiecto scientiæ mediæ de futuris conditionatè. Ex gr. cum dicitur, si Petrus ponetur in his circumstantiis iugandi Christum, negaret: Si Paulo offerretur occasio Martyrij, illud acceptaret: supponitur decretum diuinum, saltem sub conditione, permittendi in Petro negationem, & iugandi Paulum ad acceptandum Martyrium: a quæ etiam decretum, conditionatè saltè, concur-

99.

Ordo prioritatis inter scientiam visionis & simplicis intelligentiæ.

ANTONIO DEUS

rendi cum utroque ad actum positivum negandi Christum, vel acceptandi Martyrium.

100

Itaque hoc argumentum Aduersarii peccat in tribus. Primo, in eo quod ait scientiam mediam esse priorem generaliter scientiæ visionis, & scientiæ simplicis intelligentiæ, iuxta eius Assertores: nam secundum eorum doctrinam, & rei veritatem, est ex parte posterior utraque ex parte verò cum illis coincidit. Secundo, in eo quod affirmat scientiam simplicis intelligentiæ esse tantum eorum, quæ nunquam sunt, fuerunt, vel erunt: nam comprehendit etiam existentia, spectata vt possibilis: & potest eadem complecti spectata vt futura conditionatè, abstrahendo, id est, independenter ab existentia absolute futura. Tertio, in eo quod concludit scientiam mediam non posse absolute & vltimo modo pertinere ad scientiam visionis, quia est aliquorum non existentium: neque ad scientiam simplicis intelligentiæ, quia est aliquorum existentiam. Cum etiam supposita definitione scientiæ simplicis intelligentiæ, qualem ipse vult, ad summum inde concludi posset scientiam mediam totam & omni ex parte pertinere non posse ad scientiam simplicis intelligentiæ, neque ad scientiam visionis. Secus autem, non posse ex vna parte ad hanc, ex alia verò ad illam pertinere.

101

Tertio, eodem cap. num. 5. & sequentibus conatur ostendere, malè antiquos Theologos à Didaco Ruis allegari in fauorem scientiæ mediæ p. 67. de scientia Dei. Et quoniam nimis longum esset singula eorum testimonia persequi, pauca proponam, & ea solum quæ ab Aduersario referuntur, & inspu- gnantur, veluti perperam allegata: ex quibus satis intelligi poterit vtrum antiqui Theologi scientiæ mediæ patrocinati sint, appositè & fideliter in hunc finem citentur.

Magist. Scientia media in seruit mul- tis Dei de- cretis ex- tendis.

Primus quem Ruis allegat, est Magister sentent. in 2. d. st. 23. in iro, cuius hæc verba sunt: *Mouentur aliqui dicentes, cur creauit Deus, quos futuros malos præsciebat? Quia præuidit quid boni de malis eorum esset facturus.* Et post pauca. *Frustrà dicitur, non debebat Deus creare quos præsciebat malos futuros. Sciebat enim bonis profuturos.* Quæ verba, vt bene Ruis ibidem notat, sunt desumpta

August.

ex D. Augustino lib. 11. de Genesi ad literam cap. 6. 8. & 9. & non possunt intelligi de præscientia peccatorum, tanquam absolute futurorum: quoniam ad actiones absolute futuras præsupponitur persona, & consequenter præsupponitur decretum creandi personam. Quapropter earum præscientia nulla ratione potuisset impedire ne Deus decerneret creare tales personas. Quod tamen potuisset impedire præscientia peccati tanquam conditionaliter futuri. Poterat enim Deus, præsciens fore vt peccarent, si eas crearet, abstinere à decreto illis creandi, propter hanc præscientiam.

Duo illa- stria loca Magistri in fauorem scientiæ mediæ.

Huic ratiocinationi nihil respondet Aduersarius, sed tantum exclamat, *Quis vel Theologorum, vel Philosophorum, ex his verbis inferat Magistrum sententiarum existimasse, aut supposuisse in Deo esse scientiam conditionatam? An non verba, præscire, & præuidere, & scire bonis profuturos, manifestè scientiam visionis indicant, quæ verè Deus sciuit, præuidit, ac præsciuit qui mali essent futuri? vel vt aliis placet, de scientia absolute simplicis intelligentiæ, quam causam rerum esse voluit, accipienda sunt? Quid igitur hic opus est scientia conditionata? Verum illius necessitatem satis perspicue Ruis ostenderit, tum verbis proximè ex eo relatis, tum suis disputationibus. sect. 1. Nam Magister, post D. Augustinum, loquitur de præscientia quæ potuit dirigere decretum Dei de creandis hominibus, & impedire ne eos crearet, ac proinde ne decerneret eos creare. Hæc autem præscientia non erat peccatorum vt absolute futurorum: nam hæc supponit decretum de hominibus creandis, & de permitendo vt peccent. Quare non potest dirigere Deum in formando decreto iam præsupposito: & impedire ne creet, quos iam efficaciter creare decreuit. Non etiam erat simplicis intelligentiæ de peccatis vt possibilibus. Quia non mouebantur illi, de quibus est quaestio, neque interrogabantur creasset Deus quos præsciebat posse esse malos? Sed, quos præsciebat futuros esse malos? Neque quod peccare possent dumtaxat, fuit iusta ratio cur mouerentur, & quaererent cur Deus eos creauerit? Sed, cur præsciens esse peccato- ros, si crearentur, nihilominus creauit, & præscientia peccatorum futurorum, si crearentur, non impeduit equo minus decerneret creare? Idem iudicium esto de altero Magistri testimonio, à Ruis allegato, sumpto ex D. August. lib. 11. de Genesi ad lit.*

100

Ruis

August.

cap. 4. vbi respondet præscientiam Dei de peccato Adæ futuro si tentaretur, non eum impediuisse quò minus tentari permitteret: quia *Non esset laudabile homini, si ideo bene viuere posset, quia nemo male viuere suaderet.* Quæ verba necessariò debent intelligi de præscientia conditionata, apta Deum dirigere in formando aut non formando decreto permittendi tentationem: Vt patet à simili ex discursu supra facto.

Secundus aliquorum Theologorum quem allegat Did. Ruis, est S. Thomas 2. 2. quaestione 165. articulo primo ad secundum, vbi sic habet: *Sicut Deus sciebat quod homo per tentationem in peccatum esset deiciendus: ita etiam sciebat quod per liberum arbitrium resistere poterat tentatori.* Quod eo sine dicit Sanctus Doctor, vt ostendat fuisse conueniens, Deum permittere tentari primum hominem, quamuis præsciret fore vt succumberet tentationi: quemadmodum patet ex discursu articuli, & ex argumento 2. cui respondet. Adeoque loquitur de scientia media, dirigente decretum, & potente impedire ne id pec-

101

Thom

Testimonium ad Thomam in fauorem scientiæ mediæ.

S. Thom. mitte. De qua eadem scientia manifestè intelligendum est quod ait 1. p. quæst. 92. art. 1. Argum. 3. *Occasiones peccatorum sunt amputanda: sed Deus præsciuit quod mulier esset futura viro in occasione peccati: ergo non debuit mulierem producere.* Quod argumentum non potest intelligi nisi de præscientia peccati Adæ conditionatè futuri. Respondet autem S. Thomas, non negando illam præscientiam, sed explicando rationes maioris boni quæ præponderabant illis peccatis, ita vt propter illa conditionaliter præscita Deus non deberit abstinere à creando muliere. Hæc si bene expendisset Anonymus, & nisi (nescio qua fide) Authoris huius verba omiffisset, quibus perspicuè ostendit, illum fuisse verum sensum S. Doctoris; non habuisset ansam excludendi, *At unde manifestum? Ne ipsum quidem præscientia, aut præscire, verbum habet S. Doctor, sed bis tantum, verbum, sciebat.* Enimvero in posteriori loco, à Ruis addito in confirmationem prioris, habet disertè verbum præsciuit. Et in vtroque loquitur de scientia antecedente, & potente dirigere decretum permittendi tétationem, & de quo rationabiliter quæri potest, cur Deus, eâ præscientiâ non obstante, decrevit permittere. Quæ scientia non potuit esse alia, quàm præscientia lapsus, vt conditionatè futuri: quemadmodum paulò antè ostendimus. Cætera quæ addit Aduersarius contra hunc locum D. Thomæ sunt ex supra dictis soluta.

504. Ad alterum verò testimonium D. Thomæ à Ruis allegatum ex 1. p. quæst. 23. art. 5. in corp. prope medium, vbi S. Doctor refert opinionem dicentium, quod merita sequentia prædestinationis effectum, sunt ratio prædestinationis: vt intelligatur, quod ideo Deus dat gratiam alicui, & præordinauit se ei daturum, quia præsciuit eum bene usurum gratia: sicut si Rex dat alicui militi equum, quem scit eo bene usurum: Respondet, quantum Ruis in hoc testimonio citando hallucinetur, ex eo conitare, quod S. Thomas in initio corporis illius articuli præmoneat se in eo, nullo modo agere de internis diuinæ prædestinationis, præordinationis, & præscientiæ actibus; sed solum de ipsi effectibus prædestinationis externæ, adiuuicem comparatis. Vnde nullo modo comparat illi internam Dei præordinationem dandæ gratiæ, cum interna eius præscientiâ boni vsus illius gratiæ, sed bonum vsuum cum ipsa gratiâ, quæ vtraque à parte rei existunt, ad inuicem comparat. Præterea inquit cum nominet ibi præscientiam qua Deus cognoscit aliquem bene vsurum gratia, quam re vera daturus est: præscientiâ autem ex rei veritate, sanctoque Doctore, nulla sit nisi futurorum: perspicuum est eum de præscientiâ non conditionatâ sed absoluta loqui.

Verum hæc responsio peccat in duobus. Primo, quod mentem D. Thomæ non percipit. Secundo, quod vim argumenti ex illo deducti, non expendit. Nam D. Thomas

initio corporis articuli citati præmonet tantum se non agere de causa diuinæ voluntatis, eo sensu quo dixerat q. 19. art. 3. (quod lectorem remittit) non posse causam assignari diuinæ voluntatis. Per causam verò, intelligit realem, & physicè producentem ipsum actum diuinæ voluntatis: vt patet ex toto discursu articuli: & ex ratione quam redditum in argumento, *Sed contra*, sumpto ex D. Augustino lib. octuaginta trium quæst. qu. 27. quia scilicet *Omnis causa efficiens maior est eo quod efficitur.* Nihil autem maius est voluntate Dei: Tunc etiam in toto discursu corporis articuli, qui est huiusmodi: *Cum voluntas sequatur intellectum; eodem modo contingit esse causam alicuius volentis, vt veli: & alicuius intelligentis, vt intelligat.* In intellectu autem sic est: quod, *diuerso actu intelligat principia, & conclusionem; notitia principiorum est causa scientiæ conclusionis. Secus autem si unico actu, quia idem non est causa sui ipsius. Et similiter quis pluribus actibus velit finem, & media; volitio finis erit causa volitionis mediorum: secus vt si unico actu velit finem, & media.* Deus autem sicut unico actu omnia intelligit, vnde in illo notitia præmissarum, non est causa notitiæ conclusionis: sic vno actu omnia vult. Vnde in ipso volitio finis non est causa volitionis mediorum. Sed D. Thomas vtroque non negat dari rationem diuinæ voluntatis, quæ velit vnum propter aliud. Quin potius id manifestè supponit articulo illo, quæstionis 23. in solutione tertij argumenti, cui sic respondet: *Ad tertium dicendum, quod ex ipsa bonitate præparatio sumi potest prædestinationis aliquorum, & reprobationis alicuius: quia scilicet, vt addit paulò post, voluit Deus in vnus suam misericordiam, in alijs suam iustitiam ostendere. Itaque manifestatio misericordiæ fuit ratio cur voluerit electos saluare, & manifestatio iustitiæ fuit ratio cur alios reprobauerit.* Et que ibi sermo non de folis effectibus prædestinationis, & reprobationis: cum certissimum sit, & de fide, effectum prædestinationis habere causam, nimirum bona opera: & effectum reprobationis habere causam, nimirum peccata: sed est sermo de ipsa prædestinatione, & reprobatione interna, de qua in argum. proposito quæstio erat. Nam ex eo quod non sit iniquitas apud Deum, vt dicitur Rom. 9. sic inferebat: *Non igitur inæqualia præparat Deus hominibus prædestinando, & reprobando, nisi propter differentiam meritorum.* Nota, præparat: quo verbo significari internam prædestinationem fatetur Aduersarius cap. 51. n. 7. Et verò si esset iniquitas in colatione effectuum inæqualium: esset pariter in volitione conferendi. Atque ex his satis patet quantum ille aberrauerit à vero sensu D. Thomæ.

Quod verò neque vim argumenti ex illo deducti expendit, manifestum est: quia supposito quod D. Thomas de actibus internis Dei loquatur, vt iam ostendimus; non potuit loqui de præscientiâ absoluta futurorum, vt respondet Aduersarius: quia loqui-

Augusti

Augustinus
de Civitate Dei
lib. 10. cap. 10.

Q 4

105.

tur de præscientia quâ Deus, iuxta sententiam quam refert, præsciebat, quod si talibus daret gratiam, essent illa bene vsuri, & ideo illam dedit. Volebant enim auctores illius sententiæ bonum vsum gratiæ, præciturum à Deo, fuisse causam vel rationem cur Deus illam dederit, & ab æterno dare voluerit. Itaque loquitur D. Thomas de præscientia quam præsupponit volitio conferendi gratiam, quæque Deum mouet vt velit eam conferre. Hæc autem præscientia non est boni vsus vt absolute futuri. Nam ista supponit gratiam vt absolute futuram, tanquam causam illius boni vsus: & consequenter supponit decretum illius gratiæ conferendæ. Ergo superest vt sit præscientia eiusdem boni vsus tanquam futuri si gratia conferatur, vt recte Didac. Ruis concludit.

Nec opest quod D. Thomas loquitur de præscientia, quâ Deus cognoscit aliquem bene vsurum gratia quam re ipsa daturus est. Nam illa ipsa potest præsciri conditionate: independenter à decreto absolute de illa danda, & antecedenter ad tale decretum, illud dirigendo: quemadmodum volebant Authores quorum sententiam refert S. Doctor. Dicere autem eum loqui de præscientia absolute, quia vtitur nomine præscientiæ, præscientiæ autem, ex D. Thoma, & ex rei veritate, nulla est nisi futurorum absolute; est manifestè petere principium, & vim argumenti propositi dissimulare. Alijs testimonijs D. Thomæ relatis à Did. Ruis nihil respondere nonimus: vt neque multis alijs plurimorum Authorum, quos tota illa disputatione refert: exceptis tribus S. Bonauenturæ, de quibus dicendum superest.

106.

S. Bonau.

Expenduntur alia testimonia S. Bonauenturæ pro scientia media.

Primum illorum est huiusmodi ex lib. 3. Sentent. dist. 1. art. 2. q. 2. ad 5. *Quia Deus ab æterno præscit lapsum generis humani, ideo fecit, quia se reparaturum cognouit. Et ideo principalis in intentione fuit reparatio lapsi, quam conditio eius ad lapsum possibilis.* Quibus verbis relatis sic more solito, exclamat Aduersarius: *Vbi hic vel umbra tenus scientiæ conditionate? At non Deus scientiæ absolute lapsum humani generis, & eius reparationem scientiæ absolute visionis, aut simplicis intell. gentiæ præscit?* Sed pergit dissimulare, aut non auertere vim argumenti Didaci Ruis, quæ rectè expendens verba D. Bonauenturæ, ait, ipsum loqui de præscientiâ quâ Deus præcognouit futurum hominum peccatum, ratione cuius quam decerneret creare genus humanum: adeoque loqui de præscientiâ peccati vt conditionaliter futuri. Sequela patet ex supra dictis. Nam præscientia peccati Actæ, & lapsus humani generis vt absolute futuri, supponit decretum de creando humano genere. Ergo non fuit ratione prior sulo decreto. Antecedens verò probatur, quia D. Bonauentura loquitur de præscientiâ quæ non impediuit: & tamen impedire poterat, ne Deus faceret, & consequenter ne ab æterno decerneret facere genus humanum, præsciens lapsum humani generis, & itaque illam

præscientiam non impediuisse; quia se reparaturum cognouit; voluitque creare hominem, & permittere labi, quia potuit, & voluit ipsum reparare: & iuxta D. Bonauenturam, principalis fuit in intentione reparatio lapsi, quàm decretum permittendi labi; quia Deus permisit labi, vt lapsum repararet. Est autem manifestum quod præscientia quâ Deus hoc præscit, non fuit scientia simplicis intelligentiæ prout versatur circa possibile, vti: neque etiam scientia visionis de lapsu vt absolute futuro, quæ supponit decretum creandi genus humanum, & permittendi vt labatur; ideoque non potuit impedire ne Deus id decerneret.

107.

Eodem vitio laborat quod responderet Aduersarius secundo, & tertio testimonio D. Bonauenturæ, à Didaco Ruis allato ex lib. 1. Sentent. dist. 41. art. 1. quæst. 2. ad 6. & dist. 40. art. 2. quæst. 1. in corp. Nam neque verba Doctoris Seraphici satis expendit: neque vim argumenti, ex illis deducti ab auctore citato, vt leuiter infirmat, sed illius ratiocinationem plane dissimulat, vt vtriusque verba legenti manifestum erit. Quare ne actum agam, plus sibus superfedeo.

SECTIO XI.

Respondetur argumentis eiusdem authoris contra scientiam mediam.

108.

Hæcque offendimus quàm sit à veritate alienum quod affirmat author libri de Ordine, scientiam mediam adeo esse auctoritate & patrociniis Doctorum veterum destitutam, vt nullus eorum, ne per somnium quidem, vnquam de illa cogitauerit. Cum potius ex dictis satis perspicue appareat illos ipsos, quorum inter plurimos alios testimonia infirmanda selegit, scientiam conditionaliam agnoscere in Deo, & velut indubitatum supponere. Nunc positivis argumentis, quibus illam impugnat toto capite 25. satisfaciendum est.

Primum igitur illius argumentum est, quia ex D. Thom. 1. p. quæst. 14. art. 13. duobus tantum modis futurum contingens considerari & cognosci potest: vel in se, & secundum quod est actu: vel in sua causa. Futura autem conditionata contingentia, quæ actu futura non sunt, neutro modo cognosci à Deo possunt. Non primo: quia nunquam actu fuerunt, aut futura sunt. Non etiam secundo: cum ne quidem futura contingentia absolute cognosci possint à Deo in sua causa. Quicumque enim effectum contingentem cognoscit tantum in sua causa, non habet de eo nisi coniecturalem aliquam cognitionem: cum causa contingens, ex se, & ante suam determinationem actualem, se habeat ad opposita. Omnis autem coniecturalis cognitio à Deo remouenda est, quia incerta, dubia, & periculo falsitatis exposita.

Primum argum. ex D. Thoma.

109.
Duplex
modus co-
gnoscendi
futura li-
berta.

Respondeo D. Thomam art. cit. loqui
tantum de contingentibus futuris absolute:
quæ affirmat à Deo cognosci certò & infal-
libiliter, non in sua causa, quæ est indiffe-
rens ad vtrumlibet: sed in seipsis, prout ab
æterno illi obuerfantur obiectiue secundum
actualem existentiam, & determinationem,
quam aliquando habitura sunt, & secundum
quam possunt infallibiliter cognosci per infi-
nitam intelligentiæ diuinæ perspicacitatem,
æquæ ac à nobis cognoscuntur certò & eui-
denter quando existunt, sensibusque nostris
coram obuerfantur. Sicut autem ea quæ
sunt absolute futura, possunt à Deo cognosci
certò & infallibiliter in seipsis, eo quòd
actualem existentiam & determinationem
sunt aliquando habitura. Ita futura condi-
tionaliter possunt ab illo cognosci infallibi-
liter, eo quòd actualem existentiam & de-
terminationem habitura essent, si poneretur
conditio, quæ non ponetur. Tam enim ve-
rum est quòd ista existerent, si conditio po-
neretur, quàm quòd illa existura sint. Quid-
quid autem verum est, cognoscitur à Deo
evidenter & infallibiliter. Dico igitur,
sicut contingentia absolute futura possunt
duobus modis considerari & cognosci, gene-
ratim loquens: vel scilicet in se, & secun-
dum quod erunt actu: vel in sua causa: quo-
rum priore cognoscuntur à Deo infallibili-
ter: posteriore, non possunt cognosci nisi
coniecturaliter & fallibiliter, qui cognos-
cendi modus Deo indignus est: Ita contin-
gentia futura conditionatè quæ nunquam
actu erunt (de quibus sois procedit argu-
mentum) duobus modis considerari & cog-
nosci posse. Primò, in seipsis, secundum
quod actu essent si conditio poneretur: &
sic à Deo cognoscuntur infallibiliter, quia
verum est quòd actu essent. Secundo, in
causa tantum: & sic non possunt cognosci ni-
si coniecturaliter & incertò, propter indiffe-
rentiam causæ libere: qui modus cognos-
cendi in Deum non cadit.

110.
Secundum
argumen-
tum.

Secundum illius argumentum est huius-
modi: Nulla cognitio, nullaque scientia in
suo conceptu essentiali imperfectionem inuo-
luens, Deo tribuenda est. Talis autem est
omnis cognitio conditionata. Igitur Deo
tribuenda non est. Minorem probat, quia
omnis scientia conditionata, conceptuum
& terminorum multitudinem, complexio-
nem, & connexionem vnius cum alio suc-
cessionem, & illationem antecedentis &
consequentis, aliasque eiusmodi imperfec-
tiones continens, intrinsece
& essentialiter includit: vt manifestè patet
inductione, atque etiam ex eo quòd particu-
la conditionalis, Si, ex sua vi & natura sic con-
iunctio, eaque illatiua, & nota coniunctio-
nis & illationis mentalis. Igitur si propter
predictas imperfectiones scientia enuntia-
ta, seu sua à Deo tribuenda esse
etiam conditionata.

Scientia
media is

Respondeo negando minorem, cum eius
probatione. Nam ad perfectam notitiam,

qualem Deus habet, istius veritatis, Si Tyrus
Christum audiuisset, penitentiam egissent, non
est necessaria multitudo conceptuum, eo-
rumque successio, compositio, & illatio
vnius ex alio: sed sufficit simplex intuitus
veritatis quæ est in eo quòd Tyrorum con-
uersio sequeretur ex Christi prædicatione:
sive, quòd occasione illius Tyrus infallibili-
ter conuerterentur. Hoc enim est quòd per
propositionem illam hypotheticam enun-
ciamus: idque solùm significat particula il-
la, Si, in eiusmodi propositionibus conditio-
natis: non autem illationem mentalem
vnius conceptus, aut iudicij, ex alio, vt fit
in quibusdam alijs, quemadmodum notauim-
us supra, num. 41. aut connexionem neces-
sariam, vel probabilem, inter antecedens &
consequens. Quæuis autem nos huiusmo-
di veritatem exprimere nequeamus nisi mul-
tis vocibus, neque concipere intèrius nisi
multis conceptibus, saltem quoad apprehen-
siones iudicio prævias, & ad illud formadum
interdum necessariò prærequisitas: vt neque
etiam veritates absolutas futurorum, & reru
aliarum: Deus tamen, cuius intelligentia
infinire perfectior est, potest simplici actu
intelligere quancunque veritatem, quam
nos sine quantacunque multitudine conce-
ptuum non possumus exprimere. Atque ita
simplici intuitu veritatem conditionatam,
vt talem, cognoscit, æquæ ac absolutam. Ne-
que tantum cognoscit nos cognoscere condi-
tionatè: sed ipsam veritatem conditiona-
tam, vt talem, æquæ ac nos, multò
perfectius, attingit.

Deo caret
cogni im-
perfectio-

Tertium argumentum: Si cognitio condi-
tionata est in Deo: vel vt vera, vel vt falsa.
Nò vt falsa, vt patet. Nec etiam vt vera: quia
veritas cognitionis conditionatæ, in sola
connexionem & sequela consequentis ab ante-
cedente consistit. Ideoque licet antece-
dens & consequens seorsim sumpta sint fal-
sa; si tamen vnum ex alio rectè sequitur,
propositio conditionata est vera: vt, Si equus
volat, habet alas. Et contra, licet vtrumque
sit verum; si tamen vnum ex alio non sequi-
tur, est falsa: vt, Si capra saltat, arbor floret.
Nulla autem Dei cognitio eiusmodi verita-
te connexionis & consequentiæ vera esse
potest; cum nulla Dei cognitio constet an-
tecedente & consequente.

III.
Tertium
argum.

Respondeo ad secundam partem minoris
propositionis, veritatem conditionalium, de
quibus in presenti disputatione de scientia
media sermo est, non consistere in bona illa-
tione consequentis ex antecedente: sed in
eo quòd id quòd enunciatur futurum sub
conditione, verè poneretur posita conditio-
ne. Nam vt notauimus num. 41. propositio-
nes hypotheticæ, quæ de illis formantur,
significant tantum simplicem connexionem
liberam, & existentiam vnius, posito alio,
velut illius occasione, aut velut præsupposi-
tione pertinente ad ipsam. Quare hoc argu-
mentum procedit ex falsa suppositione sta-
tus questionis, aut malæ eius intelligentiæ.

Scientia
media quo-
modo ve-
ra?

Non enim sermo est de propositionibus hypotheticis, quarum veritas consistit in sola bonitate illationis consequentis, vi antecedentis; quiddam sit de veritate vtriusque seorsim. Neque potest dubitari rationabiliter quin Deus talem connexionem cognoscatur, sciatque verum esse quod si equus volaret, haberet alas; si terra esset lucida instar solis, illuminaret aereni; & similia. Tametsi Aquefarius videtur hanc Deo notitiam admittere, eo quod, inquit, nulla Dei cognitio constat antecedente & consequente. Verum absurdum est hanc cognitionem Deo negare, illumque facere ignarum plurimarum veritatum, quæ vel ab ipsis hominibus evidenter cognoscuntur. Et ratio ab ipso allata nullius est momenti. Nam ut Deus cognoscat bonitatem illationis consequentis & antecedente, non est necessarium notitiam illius constare intrinsicè antecedente & consequente. Sufficit enim quod simplici intuitu cognoscat connexionem vnius cum alio. Imò illa connectio debet à quolibet necessariò cognosci vnico actu, ut ostendemus infra disp. 10. sect. 5. alijsq; locis: quia duæ cognitiones, quæ caderent seorsim in antecedens & consequens, non illa cognocerent vt connexa.

112.
Quartum
argum.

Quartum eiusdem argumentum est, quia nihil causæ esse videtur, cur tertium in Deo genus scientiæ constituatur potius pro futuris conditionatè, quàm pro presentibus aut præteritis conditionatis? De his enim æquè sunt propositiones conditionatæ, ac de futuris. Nulla item ratio est cur illa scientia sit potius de futuris conditionatis liberis, quàm de necessarijs? Vtraque enim nobis futura sunt. Vtraque Deus certò, & æquè clare videt, siue futura, siue possibilis tantum: & nos de ijs omnibus formare possumus propositiones conditionales. Cur denique illa scientia conditionata sit potius ad futura conditionata quæ nunquam erunt, vt volunt nonnulli prædictæ scientiæ defensores; quàm ad illa quæ erunt, aut fuerint aliquando?

Scientia
media cur
dicatur
versari
ca liberè
futura, &
cur vocetur
media?

Ad primam partem huius obiectionis trimembris, respondeo scientiam mediàm futurorum conditionatè, comprehendere illa etiam quæ sunt presentia, vel præterita, respectu temporis presentis: quæ vocantur futura comparatiuè ad Dei præscientiam ab æterno præcedentem. Ad secundam dico propositiones conditionatæ de futuris necessarijs nihil aliud significare, quàm necessarium & naturalem connexionem vnius cum alio re vel ratione distincto: vt si erit homo, erit animal: Si erit ignis, habebit vim comburendi, & necessariò comburetur quantum est de se. Quæ cognitio pertinet ad scientiam naturalem, cuius est cognoscere rerum essentias & proprietates, abstrahendo ab actuali existentia contingente, & quæcûque propositiones necessariæ & æternæ veritatis. Quare hæc non pertinent ad scientiam mediàm: quæ dicitur media, &

tertium quoddam genus inter scientiam Dei naturalem, cuius obiectum est necessarium; & scientiam Dei merè liberam, quæ supponit liberum Dei decretum absolutum. Hæc autem nec est necessaria, quia est de obiecto contingenti: neque libera, quia non supponit Dei decretum liberè habitum. Nam tametsi Deus non decernat ponere Petrum in his circumstantijs; verum est quod peccaret si poneretur, aut quod occasione peccandi resisteret. Atque hoc sensu mediàm vocat Molina 1. p. quæst. 14. artic. 13. disput. 17. col. 3. s. *Triplex scientiam*. Potest & aliter dici mediàm inter scientiam simplicis intelligentiæ, & scientiam visionis, non adæquatè sumptas, sed præcisè & inadæquatè, prout scientia simplicis intelligentiæ est solum possibile, & necessarium, vt talium: & scientia visionis est de existentibus, vt talibus. Inter quæ datur mediàm quoddam obiectum, eorum quæ possunt non esse, & tamen essent secundario aliqua poneretur, quæque vt talia considerantur & cognoscuntur, siue re ipsa sint futura, siue non. Quod obiectum & plus dicit quam pyram ei possibilem: neque enim solum posse esse, sed esse re ipsa: & minus quàm absolutam futuritionem, quia non erit absolutè.

Ad tertiam respondeo neminem eorum qui scientiam mediàm admittunt, negare illam completè in suo obiecto adæquatè, etiam quæ aliquando erunt. Qui autem illorum restringunt præsentem disputationem de scientia mediàm, ad futura libera conditionatè quæ nunquam erunt; non ideo id faciunt, quod putent alia conditionata non pertinere ad hanc scientiam adæquatè sumptam: sed quia de conditionatis nunquam futuris absolutè maior est difficultas intelligendi an & quomodo possint à Deo cognoscitur. Nam alia, quæ Deus cognoscit esse futura absolutè, quia ponitur occasio; facile intelligitur esse futura, si ponatur occasio. Hoc enim ex illo necessariò sequitur: Exegit. si verum est quod Petrus Christum negabit occasione ancillæ ipsum interrogantis: verum est quod negabit si ancilla ipsum interroget. Et si Deus cognoscit Petrum esse negaturum re ipsa occasione ancillæ interrogantis: facile cognoscit eundem esse negaturum, si ancilla eum interroget, & illa ipsam negandi occasio ei det.

Quintum argumentum: Non sunt in Deo multiplicitata scientiæ, etiam secundum rationem, siue necessitate. Hæc autem media non est necessaria, sed otiosa & planè superflua. Etenim quæ per illam cognosci dicuntur, vel sunt aliquando futura absolutè, vel nunquam. Si primam: Cognoscuntur scientiâ absolutâ visionis. Si secundam: cognoscuntur scientiâ absolutâ simplicis intelligentiæ. Confirmatur, quia omnis diuisio scientiæ diuina, quæ in se simplex est, debet peti ex parte obiecti, nostrique intelligendi modi. Omne autem scientiæ obiectum, reducitur ad hæc duo membra contradictoriè opposita.

Molina

113

114
Quintum
argum.

scilicet, quæ sunt, fuerunt, & erunt: & quæ nec sunt, nec fuerunt, nec erunt. Igitur futura conditionata ad scientiam simplicis intelligentiæ pertinent, vel ad scientiam visionis, quæ scientia est etiam causa rerum omnium. Ideoque scientia media in Deo planè superflua est. Confirmatur secundò, quia frustra in Deo ponitur hæc scientia ad diuinæ providentiæ & prædestinationis certitudinem, & efficacis gratiæ vim & naturam cum ipsius hominis in agendo libertate conciliandam. Ad hoc enim sufficit scientia visionis, cum decreto absoluto & efficaci Dei, ita concurrenti cum voluntate nostra, vt eam relinquitur tamen liberam, id est, ita agentem, vt possit non facere quod facit.

115. Respondet primò, scientiam illam esse Deo necessariam vt Deus nihil ignoret. Multa autem ignoraret Deus, si nesciret quidquid in quacunque conditione posita, liberè faceret creatura, aut non faceret. Cum horum vnum determinatè verum sit, alterum falsum. Secundò dico quæcunque cognoscuntur per scientiam mediam, cognosci per scientiam simplicis intelligentiæ, & scientiam visionis, adæquatè sumptas prout illam includit: secus autem si scientia visionis sumatur strictius & præcisè, pro scientia purè possibilium, prout sumitur ab Aduersario. Nam futura libera conditionata de conditione non ponenda, non sunt purè possibilis, id est, non tantum possunt esse si conditio poneretur, sed re ipsa essent futura; quod est amplius, quàm esse purè possibile, per quod non distinguuntur à illis quæ possent esse, & tamen non essent quamuis conditio poneretur. Ad primam confirmationem dico eam nihil aliud probare, quàm scientiam mediam contineri in scientia simplicis intelligentiæ, & scientia visionis, adæquatè sumptis. Quod vltro concessimus supra, num. 98. Sed non probat vltra scientiam visionis, quæ est de existentibus tantum, vt talibus; & scientiam simplicis intelligentiæ strictius sumptam, prout est de possibilibus quàm possibilibus tantum; dari tertiam scientiam, & obiectum illi respondens, circa ea quæ futura sunt liberè, posita conditione aliqua, siue ponatur, siue non ponatur, considerata vt talia. Quod verò addit scientiam visionis esse causam rerum, refutabitur disput. 10. sect. 1. ad secundam confirmationem, quæ nihil aliud continet quàm commune effugium Thomistarum, dicemus sect. sequenti.

116. Sextum argumentum: Falsum est scientiam illam mediam esse priorem scientiæ visionis. Etenim quâ prioritate? Non duratiuis: cum omnis scientia diuina sit æterna. Neque causalitatis: Nullus enim Dei actus siue intellectus, siue voluntatis, ab alio pender. Neque rationis & consequentiæ: Non enim necesse est id quod à Deo cognoscitur absolute, prius ratione cognosci conditionatè. Neque valet consequentiæ, Res

à Deo cognita est absolute: ergo prius conditionatè: vel contra.

Respondet primò, scientiam conditionatam esse generaliter priorem absolute scientiæ liberè futurorum, prioritate necessitatis, siue ex parte subiecti: quia magis necessariò conuenit Deo, quàm scientia absolute liberè futurorum. Hæc enim supponit liberum Dei decretum absolute: illa non. Secundò etiam esse priorem subsistendi consequentiæ. Quia valet hæc illatio, Deus cognoscit hoc esse futurum posita illa conditione, quæ actu ponitur: ergo cognoscit fore vt esset eâ posita, quamuis actu non poneretur. Sed non valet ista: Deus cognoscit fore vt hoc esset posita illa conditione, quamuis actu non ponatur: ergo cognoscit quod hoc erit, & quod actu ponitur conditio. Quemadmodum valet hæc illatio, Deus cognoscit hoc existere: ergo cognoscit esse possibile. Non contra. Tertio, quando scientia conditionata dirigit Dei decretum quo vult efficaciter aliquid fieri per causas liberatas tunc est prior visione eiusdem effectus, vt absolute futuri, prioritate causalitatis virtualis: quia est prior decreto vt cuius effectus futurus est, & est conditio virtualiter prærequisita ad formandum prudenter tale decretum: vt partim diximus supra num. 76. partim etiam fufius dicemus, disp. 12. sect. 7. vbi præterea ostendemus, licet in Deo non sit physica & formalis actualisque dependentia vnius actus à alio, quippe qui vnico simplici actu omnia intelligit & vult: esse tamen virtualem, per æquiualentiam illius simplicis actus ad multos subordinatos.

Septimum argumentum: Nemo ita desipit vt iudicia & decreta hypothetica simul cum absolute concipiat de eadem re. Quis enim lucentem lunam verno, dixerit: Si luceret luna, eam aspicerem. At Deus ab æterno habet absolute iudicia & decreta de rebus omnibus quæ ab eo fieri possunt: statuitque absolute ea fore, quæ sunt, fuerunt, & erunt, siue libera, siue necessaria & inquam fore, que nec sunt, nec fuerunt, nec erunt vnquam. Igitur de ijdem simul scientiam & voluntatem hypotheticam & absolute Deo tribuere, est indignè de eo sentire.

Respondet primò indirectè, si hoc argumentum valeret, probaret Deum non habuisse voluntatem conditionatam saluandi reprobos, nec saluandi eos, si vellent medijs oblati vti. Habuit enim ab æterno voluntatem absolute eos damnandi ex præuisis meritis. At hoc est contra Apostolum 1. Thimoth. 2. *Vult omnes homines saluos fieri, &c.* Sequeretur etiam Deum non velle conuersionem eorum, quos præuidit non conuertendos & veniam non consecuturos: quia absolute decreuit veniam illis non dare, præuisâ illosum impenitentia. At hoc est contra Scripturam. 2. Petr. 3. ver. 9. *Volens aliquos perire, sed omnes ad penitentiam reuerti: & contra mani-*

Scientia media est prior scientiæ visionis ordine necessitatis, & subsistendi consequentiæ, & prioritate causalitatis quando dirigit decretum Dei circa futura absolute.

117. Septimum argumentum.

Potest simul esse decretum absolute & conditionatum de eadem

festam rationem. Ut quid enim vocat ad conversionem, & media ad illam suppeditat, si non vult eos conuerti? Omnis enim affectus circa media, vt alia, supponit aut includit voluntatem circa finem.

Respondeo secundò directè, etiam hominum decreta esse plerumque simul tempore absoluta & conditionata, de eadem re per virtuales præsuppositionem: atque ita prouidentur formari, & explicari ab omnibus. Exempli gratiâ, in contractu matrimonij, consensus cuiuslibet coniugum, & voluntas tradendi alteri corpus suum, est conditionata, si nimirum alter quoque tradat: & simul transiit in absolutam, si alter eodem instanti tradit: neque perficitur vnus traditio, & acceptatio, in esse absolutæ; nisi per traditionem & acceptationem alterius. Idemque dico de voto, promissione, & similibus contractibus, qui in esse absoluti & validi pendunt ab alterius acceptatione. Similique modo qui nollet præsens obiectum videre sine consensu alterius, posset velle, & significare illi voluntatem quam habet videndi, si velit: & eo annuente, velle absolute videre. Quod, si propter tarditatem nostram, & moram necessariam, fieri nequit naturaliter ab hominibus eodem instanti: potest tamen ab Angelis inter se.

118.

Respondeo tertio, quamuis Deus absolute statuerit ab aeterno vt essent omnia, quæ sunt, fuerunt, vel erunt: & vt non essent, quæ nunquam fuisse, fuerunt, vel erunt: non tamen de omnibus id statuit, antecedenter & à seipso: sed de multis consequenter, ex aliquo præcisi, propter quod voluit facere aliquid, aut permittere. Neque enim antecedenter à se voluit hominum peccata & damnationem v. g. sed præuidens homines peccaturos pro sua libertate, si permitteret; voluit permittere, ob bonos fines suæ prouidentæ: & præuidens esse peccaturos, & penitentiam non acturos, voluit damnare. Quarto, licet Deus de omnibus quæ sunt, fuerunt, vel erunt, statuerit absolute ab aeterno, antecedenter aut consequenter, & possitue aut permissiue, vt essent: deque nunquam existentibus statuerit simili modo vt non existerent: hoc non impedit, quin multa essent futura liberè, si Deus statuisset ponere aliqua, quæ statuit non ponere. Ex gr. quin Petrus martyrium constanter subiret: si Deus statuisset dare illi occasionem martyrij. Nec etiam impedit quin Deus cognoscat independentem à suo decreto absolute, quod eiusmodi res essent præcisi decreto: id est, quod creaturæ sic operentur liberè, modo non deesset Dei voluntas concurrèdi. Insuper autem de Deo sentiunt qui putant eiusmodi veritates ab infinita eius intelligentia ignorari. Faciunt enim Deum ignarum.

119.

Futura conditionate differt à pure possibili.

Octauum argumentum nihil aliud probat quam futura conditionate, quæ nunquam erunt, non esse futura absolute, & reipsa. Male verò ex eo concludit Aduersarius esse tantum possibile, prout possibile opponitur

impossibili, & actuali, id est, actu existenti. Nam vt supra diximus, id quod futurum esset si poneretur conditio, non est tantum possibile, id est, non tantum posset esse si conditio poneretur, sed re ipsa esset, & eatenus differt ab eo quod non esset posita eadem conditio, atque à seipso, si non esset futurum illa posita. Pura enim possibilitas est ad vtrumque indifferens.

Nonum verò & vltimum eiusdem argumentum sic habet: Scientia media ponitur argumentum, vt per eam Deus cognoscat quid sit futurum in his vel illis circumstantijs. Hoc autem tali scientia cognoscei impossibile est, tum propter rationem primo argumenti propositam: tum secundò, quia scientia conditionata nihil ex se ponit, & alitue; nihil affirmat, aut negat futurum: sed solum significat connexionem, & consequentiam in mente nostra, necessariam aut probabilem, inter futuritionem conditionis, & futuritionem rei sub illa conditione. Ideoque conditionata sunt non minus vera in materia falsa & impossibili. Tum etiam tertio, quia cum nihil fere cogitari possit & enunciari absolute, quod non etiam hypothetice; conditionata de rebus omnibus scientia, etque prior absolute Deo tradenda erit: quod erit absurdissimum. Tum denique quarto, quia Deus futurum, siue absolute, siue conditionatum, certo cognoscere nequit, nisi cognoscat causas omnes à quibus futurum illud pendere potest. Has autem non nouit illa scientia; cum per eam nullum norit voluntatis suæ decretum, sine quo nullus effectus esse potest. Vel enim decretum illud absolute esset, vel conditionatum. Non absolute, quia scientia media dicitur esse prior decretis absolutis. Non etiam conditionatum: quia nullum tale in Deo esse potest: & quamuis esset, deberet esse prius eiusmodi scientiæ conditionali, ex principijs necessariorum, quia est illius obiectum.

Respondeo, concessa maiore, nego minorem. Ad cuius primam probationem patet ex dictis num. 114. in solutione primi argumenti. Ad secundam patet ex dictis in solutione tertij, scientiam conditionatam de qua loquimur, affirmare rem esse futuram posita conditione: non autem connexionem necessariam aut probabilem ex natura rei inter antecedens & consequens, bonitatemque illationis vnice a seipso. Ad tertiam vero absurdum esse potius negare Deum cognoscere quamcunque veritatem eo omni modo quo potest, negari sine imperiectione, & cum quacunque independentia. Sic ergo quæcunque sunt, liberè futura præcisi Dei decreto de illis creandis, cognoscuntur ratione prius, vt possibile, independentem ab illo decreto: ita etiam cognoscuntur prius independentem ab existentia talis decreti, & re ipsa illo posito. Prius, inquam, tum prioritate necessitatis ex parte subiecti, modo explicato supra numero 120. tum etiam

120

substanti consequentiā: quia non valet hæc illatio, *Cognoscit Deus quod Petrus peccaret in tali occasione, posteo decreto permittendi: ergo cognoscit quod Petrus peccabit re ipsa in illa occasione.* Valet autem ista, *Cognoscit Deus quod Petrus peccabit &c. ergo cognoscit quod peccaret.* Cum igitur utraque scientia sit in Deo, quia obiectum est utroque modo cognoscibile sine imperfectione, prior est illa à qua non tenet substanti consequentia. Ad quartam respondeo scientiam mediam de aliquo conditionatè futuro, supponere quidquid ex parte Dei necessarium esset, vt illud poneretur: supponit, inquit, illud, non vt actu existens & absolutè; sed hypotheticè, si esset. Cumque sine Dei concursu, aut permissione, nihil possit euenire à causis etiam liberis; supponit semper hanc conditionem, *Si Deus concurreret aut permitteret.* Et hoc decretum conditionaliter præsuppositum, est ratione prius scientia media de effectu ponendo à causa libera, si in tali conditione poneretur, & Deus vellet concurrere aut permittere. Conditionaliter, inquit, præsuppositum: quia non est necessarium vt sit. Est enim verum quod Petrus v. g. in tali occasione peccaret, si Deus permitteret: quamuis non decreuerit permittere. Quod autem vltimò affirmat Aduersarius, nulla esse in Deo decreta conditionata, falsum esse ostendimus disputat. 14. sect. 9. vbi omnibus eius argumentis respondebimus. Et quamuis nulla essent actu decreta Dei conditionata, vt alique assertores scientiæ mediæ existimant: hoc non impedit, quin possint formari hæc propositiones, & à Deo cognosci, *Si Deus statisset permittere Antichristum diuini scilicet, non fieret salua omnis caro.* *Si Christus rogasset Patrem, misisset illi plusquam duodecim legiones Angelorum.* *Si Deus statisset Iudam efficaciter vocare ad conversionem, conuersus esset.*

SECTIO XII.

Doctrina Lud. Molina de scientia media contra eundem defenditur.

121. **I**dem auctor libri de Ordine, toto cap. 26. parum honestè habet Ludouicum Molinam, virum eruditissimum, deque Theologia optime meritum: & in eius doctrina de scientia media quatuor præcipuè reprehendit. Primum est quod ille ait 1. p. quaest. 14. art. 13. dicitur, *in Deo, nisi periculose concilianda libertate arbitrii nostri, & contingentiarum, cum diuina præscientia, hallucinari velimus.* Vnam merè naturalem, qua proinde nulla ratione potuit esse aliter in Deo: per quã omnia cognouit ad quã diuina potentia, sine immediatè, siue interuentu causarum secundarum sese extendit, tum quoad naturas singulorum, & complexiones eorum necessarias, tum etiam quoad contingentes: non quod dicitur quod futura essent, vel non essent determinatè, sed quod indifferenter esse et non esse

Molina.
122. Primum documentum pereram reprehendit.

Molina.
123. Sine scientia media, certitudo prædefinitionum non potest consistere cum libertate.

possent, quod eis necessariò competit, adeoque sub scientiam Dei naturalem etiam cadit. Aliam merè liberam, quã Deus post liberum actum sine voluntatis, absque hypothese & conditione aliqua, cognouit absolute & determinatè, ex complexionibus omnibus contingentibus, quarum re ipsa essent futura, quæ non item. Tertiam denique mediam scientiam: quã ex altissima & inscrutabili comprehensione cuiusque liberi arbitrii in sua essentia, intuitus est quid pro sua innata libertate, si in hoc vel illo, vel etiam infinitis rerum ordinibus collocaretur, acturum esset, cuius tamen posset, si vellet, facere re ipsa oppositum.

In hac Molina doctrina multa sibi improbari ait Anonymus cap. cit. Ac primùm, inquit, id periculi in concilianda, sine eius distinctione, nostra libertate cum præscientia diuina, quo minus cætos minusque intelligentes terrere se putat, non ego solus non video, sed uel illi autem Doctores scholastici, aut sancti Patres, non inuaderunt. Verùm facile illi erat videre hoc periculum, si attentè legisset quæ Molina proximè sequenti disp. 18. memb. 1. scribit: vbi ostendit illud in eo consistere, quod admissis prædefinitionibus diuinis (quas Anonymus, aliique impugatores scientiæ mediæ communiter admittunt) certitudo prædefinitionis, & præscientiæ diuinæ circa futura contingentia non possit, salua libertate creata, fundari (vt ipsi volunt) in ipsa prædefinitione, absque scientia media dirigente prædefinitionem, per quam Deus præsciat quid creatura sit libere factura, si illis aut illis circumstantijs constituatur. Ita vt positã solum in Deo scientiã naturali & necessariã, antecedenter ad prædefinitionem, circa rem vt possibilem, accedente prædefinitione, liberæque actus voluntatis diuinæ quo Deus eam producere statuit, cognoscatur certò & infallibiliter esse futura in sola, atque ex sola illa prædefinitione. Quoniam voluntas illa, seu prædefinitio Dei ita præueniendū liberum arbitrium, & cooperandi cum illo, est voluntas Dei efficax vt eius actus sit: & auxilium vel concursus; quo absolute statuit ex parte sua cooperari in tempore, siue is naturalis sit, siue supernaturalis, est efficax: ac proinde existente tali prædefinitione diuina non potest in sensu composito non sequi effectus.

Hoc igitur periculum, siue potius euersio libertatis creata, in eo consistit, quod iuxta illam doctrinam, prædefinitio diuinæ certa & infallibilis, & præscientia in illo fundata, est aliquid prius antecedens liberam determinationem voluntatis creata, illiusque consensum aut dissentum prædefinitum; quippe quem nullo modo præsupponit esse futurum, neque absolute, neque conditionatè, sed cognito solum quod sit possibilis, statuit & vult absolute vt sit: positaque illa prædefinitione, non potest non esse effectus prædefinitus: itaque est impossibile illud non esse futurum, quàm est impossibile absolutam & efficacem Dei prædefinitionem frustrari, aut falli eius præscientiam: quorum vtrumque

R

est non solum moraliter, sed etiam metaphysicè & simpliciter impossibile. Ergo posita illa prædefinitione, effectus est futurus ex antecedenti & simplici necessitate: ac proinde non liberè. Omnis enim necessitas antecedens tollit usum liberum voluntatis circa effectum ad quem ponendum necessitat. Et quidem quod eiusmodi prædefinitio inducat necessitatè planè antecedentem, patet quia non est in liberta potestate voluntatis talis prædefinitio (quippe quæ actum illius, & usum præcedit, velut illius causa) & ab illa non potest tolli vel impediri, neque præsupponit vlllo modo eius operationem, sed est voluntas absoluta vt talis actus fiat: quæ voluntate posita non potest non fieri actus prædefinitus, quia impossibile est diuinam prædefinitionem consistere cum non-actiōe, seu negatione actus prædefiniti, vt factum aduersarij. Itaque per illam volūtas necessitatè antecederet ad operandum.

124.
Confirmatur ratio illata.

Confirmatur quia talis modus prædefiniendi prædeterminat physicè voluntatem creatam, vel per ipsammet prædefinitionem efficacem, vt volunt aliqui Thomistæ: vel per aliquid necessitatè ex illa secutum, puta per qualitatem, aut motionem aliquam transeuntem, vt malunt alij. Nam illa prædefinitio est causa effectus prædefiniti, simpliciter illum antecedens: & talis est, vt eā posita sit impossibile non sequi effectum in se-
tu composito prædefinitionis. Ergo prædefinitio: & si non est talis vt sua vi immediate necessitatè voluntatem ad effectum ponendum, debet necessitare per aliquid aliud. Alioquin enim, si voluntas relinquatur libera, exponitur prædefinitio periculo frustrationis: & præscientia diuina, fundata in tali prædefinitione, exponitur periculo falsitatis. Quare multò minus sibi cohæret Anonymus, quàm Thomistæ, cùm talem modum prædefiniendi admittit: & simul negat physicam prædeterminationem, tãquam repugnantem exercitio libertatis: sine quatenus est impossibile tueri infallibilitatem & certitudinem metaphysicam eiusmodi prædefinitionum diuinarum.

Confirmatur secundò, quia vt idem Anonymus fatetur & scribit c. 25. n. 4. Causa libera est huiusmodi, vt positis omnibus ad agendum prærequisitis, possit agere & non agere. Ex quo fit, inquit, vt futura contingenta, etiam absoluta, non possint certò & infallibiliter cognosci tantùm in sua causa, sed ad summum coniecturaliter: multòque minus contingenta conditionata cognosci possunt certò & infallibiliter esse futura, in suis causis, etiam prout constitutis in his aut illis conditionibus antecedentibus liberam operationem. Nam eiusmodi conditionibus nullis positis, & à quouis, etiam à Deo, positis & cognitis, & ipsa causa in illis posita, & clarè cognita; si est libera (et aliud nihil sit) eam determinate operaturam esse, ne Deus quidem ipse cerio scire, & iudicare potest, cum illis positis, ex se potens sit non agere, & sepe etiam fiat vt actu non agat in

eiusmodi circumstantijs, & conditionibus. Ergo si posita prædefinitione voluntas creata manet adhuc libera, non potest Deus in prædefinitione, ac vi illius cognoscere certò, & infallibiliter effectum esse futurum. Ergo si Deus in sola prædefinitione, ac vi illius, cognoscit certò, & infallibiliter effectum, voluntas non est libera ad ponendum effectum posita prædefinitione.

Quare hoc periculum malè conciliandæ libertatis creatæ cum tali modo prædefiniendi non vidit Anonymus, vt de seipso affirmati credèdum est: non satis memor fuit eorum, quæ alibi scripserat: vel non satis attentè legit auctorem, quem impugnat. At illud certè viderunt omnes antiqui doctores Scholastici, qui senserunt exercitium libertatis non posse cum antecedenti necessitate consistere: & causam nò agere liberè, nisi agat ex dominio in suū actū, ita vt positis, & stantibus omnibus ad agendum prærequisitis, possit agere, vel non agere, vt voluerit. Quam esse communem sententiam veterum Theologorum, fuisè & perspicuè relatis pluribus eorū testimonijs ostendit Didacus Ruis tota disp. 49. & 50. de scientia Dei. Illud etiam viderunt sancti Patres, qui dixerunt non fieri liberè id quod necessitatè sit necessitate antecedente, & quam non facit ipsa voluntas libera sua operatione, sed quæ illi a diuine imponitur. Et voluntatem vt liberè agat, debere esse dominatam sui actus, expedita & que ab omni necessitate antecedenti, vndeunque, & à quocunque, etiam à ipso Deo, imposta; quorum plurima testimonia in hanc sententiam collecta videri possunt apud Did. Ruis disp. 42. 43. & 44. de scientia Dei, quem auctorem ipse Anonymus alibi meritò dicit esse virum plurimæ lectionis, & fidelissimæ citationis. Falsum igitur est, quod ipse ait, uul-
lum sanctorū Patrum, aut Doctorum Scholasticorum ante Molinam, tale periculum antea aduertisse.

Neque ad illud eludendum, aut vitandum sufficit dicere, quod idè scribit cap. 26. n. 2. Dei cum causis siue liberis, siue necessarijs agendi modum non penderè ex nostris cogitandi, fingendi, & distinguendi modis: & si voluntas creata in eo statu, in quo per scientiã mediã videri dicitur, ipso est libera, quia in eo, si vellet, posset non agere, vel facere oppositum: Cui sine illa scientiã non orit libera, cum in eo etiam statu, in quò videtur per scientiã visionis, æquè possit non facere, quod facit, aut facere oppositum? Addit c. 41. n. 3. ad conciliandam libertatem nostrã cum diuina præscientia, & prouidentia, sufficere quod Deus (qui est omnium entium, & modorum cuiuslibet entis causa efficiens, & finalis) perfectè nouit omne ens, omnesque modos cuiusque entis, necessitatis etiam, & libertatis. Cùm enim Dei præscientia falli, nec decretum frustrari possit, si ab æterno præsciuit, ac decreuit effectū aliquem v. g. actum nostræ voluntatis fore liberum, hoc est, sic ad ea producere

126.

127
Refutatio
causæ.

dum, vt tamen eum, quantum est ex se, possit non producere, Dei præscientia, & decretum efficax libertati nostræ non modò nihil oberit, sed ad eam statuendam, & in rerum natura ponendam omnino necessaria erit. Et cap. 25. num. 12. in fine, ait frustra in Deo poni scientiam mediam ad diuinæ prouidentia, & prædestinationis certitudinem, & efficacis gratiæ vim, & naturam, cum hominis in agendo libertate conciliandam: Ad hoc enim sufficit scientia visionis cum decreto absoluto, & efficaci ita concurrendi cum voluntate nostra, vt eam relinquat liberam, hoc est, ita agentem, vt possit non facere, quod facit, in quo præcisè consistit libertas, modusque agendi oppositus necessitati.

128. Sed contra primum, dico modum agendi Dei cum causis liberis non pendere quidem à nostro cogitandi, & distinguendi modo: sed tamen esse sine dubio, & debere à nobis concipi, consentaneum naturæ libertatis, & talem vt cum illo stare possit liberum voluntatis creatæ exercitium. At hoc non est, si Deus sua prædefinitione imponit antecedentem necessitatem creatæ voluntati: Illam verò imponit, si absolute, & efficaciter prædefinit actum ab illa ponendum, absque vsu scientiæ mediæ, vt paulò ante ostendimus. Ad secundum respondeo, ideo voluntatem creatam liberam esse in eo statu, in quo videtur per scientiam mediam: quia nihil est, quod illi imponat antecedentem necessitatem agendi. Et è contrario non esse liberam in eo statu, in quo videtur per scientiam visionis sub prædefinitione supposita, qualem ponit Aduersarius: quia talis prædefinitio antecedentem illi necessitatem imponit. Imo etiam, remota prædefinitione, sola scientia visionis imponit antecedentem necessitatem voluntati, iuxta doctrinam istius auctoris: Ideoque nunquam voluntas est libera in eo statu, in quo videtur per scientiam visionis esse aliquid operatura. Nam in eius doctrina, scientia visionis est causa rerum: ideoque est prior suo obiecto, vt ipse docet toto cap. 34. Atqui positiua scientia visionis impossibile est non esse futurum, id quod Deus videt esse futurum: Ergo illa positiua, impossibile est futurum non esse operaturam id quod videtur esse operatura. Ergo scientia visionis imponit illi necessitatem operandi, & quidem antecedentem, cuius ipsa sit causa operationis futura, & prior suo obiecto, iuxta doctrinam Aduersarij. Confirmatur quia si scientia visionis est causa rei præsentis, & prior suo obiecto, velut illius causa: Ergo scientia visionis est vnum è prærequisitis, vt voluntas operetur, & ponat effectum præiurum. At illa positiua non potest voluntas non operari, quia impossibile est coniungere negationem obiecti cum præscientia Dei. Ergo positiua aliquo prærequisito ad operandum, voluntas non potest non operari. Ergo non liberè operatur. Nam, vt fatetur aduersarius veris supra relatis, causa quæ liberè operatur,

debet ita agere, vt possit non facere, quod facit, in iisdem circumstantijs, & conditionibus: id est, debet esse talis, vt positis omnibus antecedentibus, & prærequisitis ad operandum, possit non operari, vel facere oppositum eius, quod operatur, adeoque nullam patiatur necessitatem antecedentem. Contra tertium, dico huic communi effugio Thomistarum iam pridem obiectum à Doctoribus nostris fuisse Deum neque præscire aut decernere de facto, neque etiam posse præscire aut decernere, vt voluntas creatæ liberè operetur alio modo quàm eo, quo potest liberè operari. Atqui non potest liberè operari, si est antecedenter necessitata ad operandum. Ergo non potest præscire, & decernere vt liberè operetur cum tali necessitate. Ergo non potest per suam prædefinitionem, & præscientiam, talem illi necessitatem imponere, & siquid decernere, ac præscire esse liberè operaturam. Perinde atque si præsciret, & decerneret, cæcum: manentem cæcum, & prout potentia videndi, videre nihilominus, & exercere potentiam videndi.

Secundum quod præcipue reprehendit Anonymus in doctrina Molinæ (omissis alijs leuioribus, quæ partim ex voluntaria restrictione definitionis scientiæ simplicis intelligentiæ, & scientiæ visionis, partim ex mala intelligentia doctrinæ illius procedunt) est quod scribit Molina eadem disp. 17. col. 8. & 10. Non prouenire ex præscientia Dei quòd liberum arbitrium in vnam partem, quam in alteram se flectat, sed ex eo quòd nostra voluntas liberè in vnam partem, & Deum ideo præscire quid futurum sit, quia res libero arbitrio prædita id ipsum liberè factura est. In hoc enim ait Molinam hallucinari, nisi illud *Ideo*, & illud, *Quia*, sint tantum illationis, & non *Ideo*, & *Quia*, rei. Rectè enim sequitur, quod si hoc futurum est, Deus illud scit, & præscit. Ideoque in sensu significante tantum illationem præscientiæ ex futuritione rei, verum è dicere Deum præscire quid futurum sit, ideo quia res libero arbitrio prædita id ipsum liberè factura est. At falsum est, si sint *Ideo*, & *Quia*, rei. Scientia enim, & volitio Dei, à nullo suo obiecto pendet: sed contra, ab vtraque res omnes, & libera, & necessaria, pendet essentialiter: Et id quod voluntas in his, que in illis circumstantijs est liberè factura, prius & æternitate, & causalitate, cognitum est à Deo scientia visionis.

Verum hæc tota doctrina Molinæ nihil aliud continet, quam quod iisdem fere terminis, & eodem plane sensu à plurimis sanctorum Patrum traditum est locis ab ipso citatis eadem dispur. 17. col. 9. §. *Idem perspicue*: quorum aliqua hic referre sufficiet, & expendere, vt appareat quam sit ab eorum sensu aliena expositio, & doctrina Aduersarij, iniustaque reprehensio Molinæ. Iustinus martyr in responsione questionis 58. ad Orthodoxos, sic ait: *Nec est prænotio cau-*

129.
Secundum documentum ualde improbatum.

130.
Non ideo res sunt fut. ita quia præscuntur à Deo: sed præscuntur quia futuræ sūt.

sa eius, quod futurum erat: Sed quod futurum erat, causa est prænotionis. Ex. gr. inquit paulo post, prænatio Christi non fuit causa proditiōis Iudæ: sed proditiō Iudæ fuit causa prænotionis Domini. Similique modo loquitur

Origenes.

Origenes libro 7. in Epistolam ad Romanos ad illa verba capituli 8. Quos præcinit &c. ubi sic habet: Non, propterea erit aliquid, quia id scit Deus futurum: sed quia futurum est, scitur a Deo antequam fiat. Nam verbi gratia, Etsi fingamus Deum non præscire aliquid futurum, sine dubio erat quod ita, ut puta Iudas proditor factus est, & hoc ita futurum Propheta prædixerunt. Non ergo quia Propheta prædixerunt, idcirco prodidit Iudas: sed quia futurus erat proditor, ea que ille propositi sui nequitia gesturus erat, prædixerunt Propheta: cum vique Iudas in potestate habuisset ut esset similis Petro, aut Ioanni, si voluisset: sed elegit pecunia cupiditatem, magis quam Apostolici consortii gloriam &c. Ut autem scias non in præscientia Dei unicuique salutis causam poni, sed in proposito, & actibus suis, vide Paulum verentem ne forte cum alijs prædicauerit, ipse reprobus efficiatur, macerare corpus suum, & subycere se servituti. Simili quoque modo sentit & loquitur Chrysostr. homil. 32. & 60. in Matth. circa illa verba, *Ve mundo à scandals*, ubi affirmat non esse mandandum prædictionem Christi inducere scandala ab ipso prædicta. Non enim quia scandala futura prædixit, idcirco eueniunt: sed quoniam omnino ventura erant, idcirco prædixit: Non enim fierent, si nollem ea excogitare nequam homines, atque pessimi. Quod si ventura non fuissent: nec ipse futura prædixisset. Et Cyrillus lib. 9. in Ioan. c. 10. in fine, ubi asserit Scripturam non esse causam eorum que ab hominibus facienda præpunxit. Sed contra, quoniam ita nonnulli sponte facturi erant, idcirco præcius Spiritus sanctus futura prædixit. Et Damasc. in Dialogo aduersus Manich. circa medium, ubi dicit præscientiam Dei non fuisse causam Diabolo ut peccaret: sicut medici prænotio non est causa morbi, quem agrotus sua imperantia sibi asciscit. Verum morbi quidem causa in præstera, & immoderata vita ratione consistit. At medici prænotio eruditionis ipsius argumentum est. Prænotionis autem causa hæc est, quod ita futurum erat. Similia denique habent Hieronymus in caput 26. Ieremix, in init. August. lib. 5. de ciuit. cap. 10. in fine, & lib. 3. de libero arbitrio cap. 4. Leo ferm. 16. de passione cap. 3. Beda lib. variarum quaestionum. quaest. 13. Anselm. passim in lib. de concordia præscientiæ & liberi arbitrii: alijque plures.

Chrysostr. in ps.

Cyrill.

Hieron.
August.
Leo.
Beda.
Anselm.

32.

Ex quibus satis perspicue apparet, primo esse conformem doctrinam factorum Patrum id quod male Acuerfarius reprehendit, & quod verè asserit Molina, non prouenire ex præscientia Dei, quod liberum arbitrium in vnam potius partem, quam in alteram se flectat: sed ex eo quod nostra voluntas liberè illi velit facere: ut perspicue patet ex verbis Iuliani & Origenis supra relatis, alien-

Non prouenit ex

rium, non prouenisse ex Dei præscientia quod Iudas v. g. Christum prodiderit, sed ex ipsius nequitia: & in præscientia Dei neque salutaris ponendam esse causam unicuique, neque damnationis, sed in eius proposito & actibus bonis & malis. Patet etiam ex verbis Chrysostr. Cyrilli, Damasc. & aliorum, dicentium scandala & peccata euenire, non quia prænoscentur, id est, non ex prænotione diuina, sed ex nostra voluntate. Et verò absurdum, & blasphemum esset dicere præscientiam Dei esse horum omnium causam. Et si ita esset, creatura non liberè operaretur bene, vel male, quia præscientia, si esset causa actus præciti, necessitatem antecedentem induceret, ut supra ostendimus.

Apparet secundò esse consentaneum eorundem doctrinæ quod idem auctor asserit, quodque Anonymus male reprehendit, Deum ideo præscire quid futurum sit, quia res libero arbitrio prædita idipsi liberè factura est. Id enim omnes Patres citati affirmant. Neque loquitur, ut vult Anonymus, in sensu significante tantum illationem præscientiæ ex futuritione rei, id est, significando prædictionem esse hanc nostram illationem, Res est futura, ergo Deus illam præcitet esse futuram: non autem significando quod futuritio rei sit causa, siue ratio cur Deus præcitat. Nam Iulianus, & Damasc. verbis supra relatis, vtuntur expressè nomine causæ: aiuntque non præscientiam Dei esse causam rei futuræ: sed rem futuram esse causam præscientiæ. Deinde eodem sensu affirmant Deum præscire actus liberè futuros, id est, quia futuri sunt, quo negant ex opposito ipsos esse futuros, quia præcitantur à Deo. Atqui cum hoc negant, non loquuntur in sensu significante tantum negationem illationis futuritionis rei ex præscientia diuina: quia hic sensus manifestè falsus esset. Nā euidens est hæc illatio: Res præcitur à Deo esse futura, ergo est futura. Ergo loquuntur in sensu significante causalitatem, siue ideo, & quia rei, ut loquitur Anonymus. Cõfirmatur quia sancti Patres verbis constructiuunt differentiam inter has duas propositiones, easque opponunt inter se, affirmando Deum præscire actus liberos esse futuros, quia futuri sunt: non autem esse futuros, quia præcitantur à Deo. At in sensu tantum illationis, nihil aliud significante, quam deductionem vnius ex alio, non possunt ita opponi. Tam enim verum est, quod si res præcitur à Deo, futura est: quam sit verum, quod si res est futura, præcitur à Deo esse futura: In prior illatio est magis formalis, & necessaria per se, vt terminorum. Non enim potest concipi, neque per locum intrinsecum stare potest, quod res præcitur, id est, verè & euidenter cognoscatur esse futura: & tamen non sit futura. At verò bene potest concipi, & per locum intrinsecum stare potest, quod res sit futura, quamuis non præcitur esse futura: esset enim futura, quamuis per impossibile non præcitur à Deo; vt dixit Origenes supra.

præscientia diuina id quod voluntas liberè facit.

132
Scientia
visionis
non est
causa rei
prædictæ.

Apparet tertio falsum esse, & contra doctrinam sanctorum Patrum, id quod ait Anonymus, scientiam visionis esse priorem causalitate, & esse causam eius quod futurum prævidetur. Nam Patres citati negant rem futuram esse ideo quia prævidetur à Deo. Effet autem futura ideo quia prævidetur, si prævisio esset illius causa. Item expressè negant præscientiam Dei esse causam boni, vel mali eventus præciti, vt videre est in verbis Origen. supra relatis: Et illam comparant prænotioni medici, quæ non est causa morbi, quem futurum esse prævidet ex ægri intemperantia. Plura aduersus hanc Anonymi assertionem dicemus disp. 12. sect. 7. & 8. Ad id verò quod ait, scientiam Dei, & volitionem à nullo sub obiecto pendere; Respondeo verum id esse de dependentia, & causalitate physica: secus autem de virtuali, & metaphysica, seu præsuppositione quadam rationis inter obiectum, & scientiam, aut volitionem; ratione cuius verum est Deum præscire futura, quæ futura sunt: & Deum velle hominem præmio, vel pœna afficere, quia bene, vel malè operatus est. Ita vt dona, vel mala operatio, sit ratio cur Deus voluerit. Et Deus, qui erat de se indifferens ad sciendum hoc esse futurum, aut illius oppositum; determinatus fuerit ab æterno ad cognoscendum hoc esse futurum, quia hoc erat iuratum. Non scientiam à rebus accipiendo, neque euentum expectando, & realem causalitatem obiecti: sed per infinitam, & excellentissimam intelligentiæ suæ perspicacitatem penetrando quidquid futurum est, eo ipso quòd futurum est.

Scientia
Dei, & volitio, pendet virtualiter ab obiecto, seu potius illud præsupponit ordine rationis.

134.
Tertium documentum ficitur aut malè intellectū.

Tertium quod in doctrina Molinæ reprehendit Aduersarius, est, quòd ille (inquit) asserat disp. 18. in enb. 1. inter futurum, & non futurum absolutè, dari medium: nempe futurum conditionatum. Quod ipse valde nouum, & perabsurdum esse putat: quia pari iure dici posset inter hominem, & non hominem, dari medium, scilicet hominem doctum, vel hominem mortuum. Sicut enim homo doctus sub altero contradictionis membro continetur, nempe sub homine: & homo mortuus, sub non homine: ita futurum conditionatum continetur sub altero membro diuisionis contradictoriæ in futurum, & non futurum absolutè. Vel enim erit de ipso, vel non erit. Si primum est futurum absolutè. Si secundum: est non futurum absolutè. Atque ita omne futurum conditionatum est futurum absolutè, vel non futurum absolutè: non est ergo medium inter vtrumque.

Futurum conditionatum est futurum absolutè, & non futurum absolutè. Tantum enim affirmat columna 4. in sup. s. Reiecta verò, futura conditionata esse media inter futura simpliciter, & merè possibilis per facultatem arbitrii: quia

Sed manifestè imponis Molinæ, qui toto illo membro nusquam asserit futurum conditionatum esse medium inter futurum absolutè, & non futurum absolutè. Tantum enim affirmat columna 4. in sup. s. Reiecta verò, futura conditionata esse media inter futura simpliciter, & merè possibilis per facultatem arbitrii: quia

sunt futura non simpliciter, sed secundum quid, videlicet ex hypothesi aliqua nunquam futura. Atque ita neque sunt merè possibilis, perinde ac eorum oppositum; sed futura sub illa conditione si poneretur: id est, non tantum possunt esse, posita illa conditione, verum etiam erant re ipsa. Neque tamen sunt futura absolute: quia conditio non ponitur re ipsa, & eius defectu nunquam erunt. Hac duò si pro eodem accepit Aduersarius, vt fecisse apparet ex ijs, quæ addit paulò post, numero 11. eiusdem capituli 26. non mediocriter hallucinatus est, & suum sensum falsò Molinæ tribuit, qui subtilius illa, tanquam diuersa, distinxit, vt faciunt cæteri omnes scientiæ mediæ assertores, & nominatim Didacus Ruis, citatus ab Anonymo, Disp. 76. de scientia Dei, sect. 3. num. 3. vbi ait, futurum conditionaliter plus habere actualitatis, quam merè possibile: & minus, quàm absolute futurum: Et præter futura absolute vel conditionaliter, esse infinita merè possibilis, nec conditionaliter, nec absolute futura: ideo que futurum conditionatum esse quid medium. Quibus nihil respondet Anonymus, nisi id quod supra dixerat, quòdque nos falsum esse ostendimus, propositione conditionatas per se nihil dicere vel actualitatis, vel possibilitatis suorum extremis: neque significare quòd res possit esse, vel quòd sit præsens, futurum, aut præteritum, sed solum indicare connexionem, & requirere inter antecedens & consequens: vnde etiam de impossibilibus æquè formari posse. Ostendimus enim propositiones conditionatas, de quibus disputamus, affirmare aliquid esse futurum re ipsa, si ponatur conditio: Et hoc à Deo sæpius reuocari. Neque Dauid v. g. quærebat à Reo 1. Reg. 23. an bona esset sequela inter antecedens & consequens? sed, an Ceilani essent ipsum tradituri Saül, si Ceilæ amplius remaneret, & Saülis aduentum expectarent. Estque manifestum quòd possit aliqua propositione significari, futurumne id esset posita tali conditione; an non. Et nos, quibus liberum est significare, quod volumus, & vri vocibus, atque propositionibus aptis ad significandum id quod intendimus, vtimur illis propositionibus hypotheticis, ad significandum fore vt res esset, si talis conditio poneretur.

Propositiones conditionatas de futuro significant aliquid futurum.

Neque minus à veritate alienum est quod addit Aduersarius: cum dicitur aliquid conditionatè futurum, quod reuera futurum non est, ad summum innui hoc modo loquendi maiorem quandam in re, & causa aliqua, dispositionem, & inclinationem ad rei futuritatem, quàm ad contrariam partem. Et enim aliud significare intendimus, & aliud querimus per huiusmodi propositiones, & interrogationes. Nam Dauid, ex. g. non quærebat an Ceilani haberent maiorem inclinationem ad ipsum tradendum? Sed, an re ipsa tradituri essent, si remaneret?
R. 2.

133.

ANTONIO
MUS
VI

Deus absolute respondit, *Tradem*. Estque per se notum, & evidens alteram partem contradictionis fuisse veram, adeoque Deo notam, & potuisse ab ipso reuelari: Tradent Ceilani Dauidem si remanserit: Non tradent Ceilani Dauidem, si remanserit. Ad quod infallibiliter sciendum non sufficit nosse maiorem inclinationem causæ liberæ, quia potest contra illam agere, & se liberè determinare ad oppositum.

136. Perperam verò ad impugnationem Ruis addit ibidem, nullum esse merè possibile, quod non sit, aut possit esse, vel absolute, vel conditionatè futurum: præsertim certa aliqua conditione posita; vt, si Deus velit, aut sciat esse futurum. Enimverò Didacus Ruis non loquitur de quacunque conditione, siue antecedente rei futuritionem, siue consequente, cuiusmodi est Dei præscientia: sed de certa illa conditione, sub qua enunciatur aliquid esse futurum, & quâ posita verè dicitur esse futurum, potius quàm illius oppositum, quod posita illa conditione maneret adhuc in statu purè possibili, neque vlllo modo illius occasione futurum esset. Quo sensu manifestum est infinita merè possible, nec conditionaliter, nec absolute futura esse, vt Ruis affirmat.

137. Quartum, & vltimum quod in doctrina Molinæ reprehendit idem Auctor libri de de Ordine, est, quia, inquit, suam illam scientiam mediam duabus alijs, visionis scilicet, & simplicis intelligentiæ, facit priorem: Nam qua prioritate? Non temporis, & successione, ceterum quidquid in Deo est est æternum. Neque naturæ, & causalitatis. Cuius enim est causa? An teriusque? An vnius tantum? Et cuius? Verum hoc quoque imponit Molinæ, cuius scripta non satis accuratè legit, neque doctrinam, quam impugnat, bene, & attentè perspexit. Nusquam enim Molinæ affirmat scientiam mediam esse priorem scientiæ simplicis intelligentiæ: sed potius sepe docet, quod nos quoque iam alibi docuimus, affirmantque alij scientiæ mediæ assertores, scientiam simplicis intelligentiæ esse priorem ex parte subiecti, & ordine necessitatis: quia est merè naturalis, & simpliciter necessaria: scientia verò mediæ de euentibus liberè futuris sub conditione, non est planè necessaria, sed potuit non esse simpliciter, æque ac eius obiectum. Contra verò, scientiam mediam esse priorem scientiæ visionis circa idem obiectum: quia hæc minus est necessaria: supponit enim decretum Dei liberum absolutum, quod non supponit scientiæ mediæ: Quamuis enim Deus non decreuisset Petrum creare, & ponere in illis circumstantijs, verum esset, quod in illis peccaret, si poneretur. At non est verum quod peccabit, nisi Deus decreuerit ponere. Præterea iuxta eiusdem doctrinam, & aliorum assertorum scientiæ mediæ, scientiæ simplicis intelligentiæ est prior subsistendi consequenti, quàm scientia mediæ: & hæc,

quàm scientia visionis circa idem obiectum. Valet enim illatio: Nouit Deus hoc esse futurum, si hæc conditio ponetur: ergo nouit hoc esse possibile sub illa conditione. Non autem valet e contrario: nouit Deus hoc esse possibile sub illa conditione: ergo nouit hoc esse futurum, si ponatur illa conditio. Idemque est de scientia mediæ, respectu scientiæ visionis. Si enim Deus scit, quod si conditio talis ponatur, hoc erit futurum; non sequitur Deum scire conditionem esse ponendam, & rem esse absolute futuram. At verò si Deus scit conditionem esse ponendam, & peccatum v. g. esse absolute futurum, sequitur Deum scire; quod si talis conditio ponatur, peccatum erit; illudque sciret, quamuis conditio non poneretur de facto: quia est scibile independentè ab eo, quod ponatur de facto: Deus autem scit omnem veritatem omni modo, quo est scibilis absque imperfectione, quæ hic nulla est. Tertio, si- cut scientia simplicis intelligentiæ est prior causalitate virtuali, quàm scientia visionis circa idem obiectum, quatenus cognitio possibili- tatis, & modi, quo est possibile, dirigit Dei decretum de illa ponenda: Ita quoad scientia mediæ dirigit decretum prædefiniens, est prior virtualiter ordine causalitatis, visionè eiusdem actus prædefiniti. Concludo itaque doctrinam Molinæ bonam, & solidam esse: Anonymi verò reprehensionem, leuem, & malè fundatam.

SECTIO XIII.

Resuatur eiusdem auctoris offugia circa Scri- pturæ testimonium in fauorem scientiæ mediæ, proferri solita.

138. Testimonijs Scripturæ in fauore scientiæ mediæ proferri solitis, & à nobis expensis supra sect. 5. num. 42. & sequentibus, & sect. 7. à num. 50. respondet generaliter Auctor libri de Ordine, cap. 22. num. 2. & 3. & fusiùs toto fere cap. 27. Primum aliam esse rationem scientiæ diuinæ, aliam reuelationis diuinæ. Vnde sicut ex eo quod in Scripturæ continetur multa enunciationes absolute, & vlti discursus; non propterea lectæ in futurum in Deo esse scientiam enunciativam, & discursivam: Ita ex eo quod in eadem Scripturæ habeantur propositiones, & reuelationes conditionatæ, non bene colligitur in Deo esse scientiam mediam, & conditionatam: Kœr omnes nostras, & absolutas, & hypotheticas enunciationes, quæque illis à nobis significantur, quidæ falsi, aut veri, aut probabilis habeant, perfectissime norit. Secundo respondet Deum certo, & infallibiliter nosse omnia, quæ futura conditionata dicuntur: non tamen ea cognoscere vllâ scientiâ mediâ, & conditio-

natā: sed solūm absolutā: vel visionis, si fundaliquando futura: vel simplicis intelligentiā, si nunquam sunt futura: hæc enim sunt purē possibilis: cūque à Deo dicuntur futura, Deus aliud quā eorum futurationem significare vult: nempe vel quòd aliqua sint causæ inclinantes, & dispositæ ad ea producenda (quòd tamen non illa extrahit extra statum possibilitatis) vel quòd periculum sit ne eueniant. Quo pacto Deus prædicens absolutē, vel hypotheticē malum aliquod futurum; quòd futurum non est: Dominatur tantūm, vel admonet periculi, ad illud euitandum: vel etiam vitur modo loquendi hypothetico, ad oburgandum tantūm, & exprobandum; non autem ad asserendum futurum esse id, quòd tanquam futuro loquitur hypotheticē.

139 Sed contra primam euasione, dico Deum, qui nec falli potest, nec fallere; nihil reuelare in Scriptura, quod non cognoscatur certò, & infallibiliter esse prout reuelat: neque enim suam reuocationem exponit periculo falsitatis. Ergo ex eo quòd reuelat sepius in Scriptura futura conditionata, bene colligitur Deum certò, & infallibiliter illa cognoscere: ac proinde habere scientiam conditionatam: quòd nomine nihil aliud intelligimus, quā Deum cognoscere euidenter quid futurum esset, si talis conditio poneretur: Neque enim volumus Deum ea cognoscere multis, & distinctis actibus, sicut reuelat in Scriptura multis, & distinctis vocibus: & conceptus suos conneçtere, sicut voces conneçit. Neque etiam volumus esse in Deo imperfectiones alias, si quæ alia sunt in modo nostro cognoscendi futura conditionata: sed dicimus Deum actu simplicissimo, & modo perfectissimo attingere veritatem, quam nos hypotheticē enunciamus, & quam ipse in Scriptura per hypotheticam propositionem de futuro sub conditione reuelat. Quòd si conceditur Aduersarius, ut videtur, cum addit Deum nosse perfectissimè omnes nostras propositiones, tam absolutas, quā hypotheticas, quidne per illas à nobis significetur, & quid veri, vel falsi contingant: fatetur volens, nolens, vi veritatis manifesta compulsi, quidquid intendunt auctores, quos impugnāt.

140 Contra secundam, dico futura conditionata, ut tādā, id est, prout forent, si conditio poneretur, non cognosci scientiā absolutā visionis: quia ut sic, non sunt absolutē futura, & non erunt reipsa si conditio non poneretur: at scientiā absolutā visionis non est nisi de rebus aliquando actu existentibus, ut talibus. Neque etiam cognoscuntur scientiā simplicis intelligentiæ strictē sumptā, prout versatur tantūm circa creaturas, ut purē possibilis: quia futura conditionata, ut tādā, quamuis reipsa non existant, de factò conditionis, non sunt purē possibilis, id est, non tantūm possunt esse, posita illa conditione, sed essent de factò, si poneretur:

Et non esset illorum oppositum, quamuis sit æquē possibile. Habent ergo supra possibilitatem, ipsis communem cum eorum opposito, quòd forent reipsa, si conditio poneretur; & non foret illorum oppositum: eò quòd causa libera, & potens ad verum liber, occasione illius conditionis ad illa se determinaret potius, quā ad illorum oppositum. Ex quo etiam fit, ut scientiā de conditionatis liberè futuris, quā talibus, non sit Deo simpliciter necessaria, ut est scientiā de purē possibilibus, quā talibus: quia sicut tale conditionatum posset non esse futurum, posita licet conditione: ita potuit non sciri esse futurum: Deus enim non sciret illud futurum esse sub tali conditione, si futurum non esset. Quare si Deus cognoscit certò & infallibiliter omnia quæ futura conditionata dicuntur, ut fatetur Aduersarius, etiam ut conditionatē futura sunt, id est, prout forent reipsa si conditio poneretur (sic enim vera, & cognoscibilia sunt, ac proinde Deo perfectē nota) agnoscenda est in Deo scientiā media inter scientiam absolutam visionis, & scientiam simplicis intelligentiæ strictē sumptam, quā cognoscantur non ut absolute existant; neque etiam ut merè possibilis: sed ut forent, aut erunt si ponatur conditio. Quòd verò addit, Deum quando reuelat hæc esse futura, significare aliud quā ipsorum futurationem, partim supra refutatum est, partim amplius iam refutabitur respondendo aliis eius effugiis, in quibus eadem repetit.

141 Tertio enim respondere sigillatim ad eorum citatum ex Matth. 11. *V. ubi Corozain, & Bethsaida: quia si in Tyro, & Sidone, &c. Sermonem ibi esse de conditionatis non futuris, sed præteritis, & Christum illo loquendi modo, inter homines satis vitato, aliud nihil voluisse, quā ludæorum in credendo cordis duritiem, & in infidelitate obstinationem increpare per comparisonem ad Tyrios, & Sidonios, ethnicos homines, dicendo eos ad fidem suscipiendam, & penitentiam agendam longè melius esse dispositos, quā ludæos: idque satis fuisse ad scopum, & intentionem Christi, ut patet ex verbis illis præcedentibus, Tunc cepit exprobrare ciuitatibus, in quibus facta sunt plurimæ virtutes eius, quia non egressi sunt penitentiam. Addit in Christo homine, scientiā suā, siue infusā, siue acquisitā, & experimentali, utente, conditionalem scientiam potuisse esse, & in eius mente, Tyriorum in cilicio, & cinere penitentiam præteritam, aut futuram, cuius eius miraculis apud eos factis moralem & probabilem habuisse connexionem: fuisseque illi valde probabile Tyrios, & Sidonios, si non omnes, saltem plurimos, visis suis miraculis, ad fidē & penitentiam conuersum iri. At non propterea sequitur talē scientiam in Deo fuisse. Item, inquit, respondent alij, (quod ipse non improbat) Christum Tyrum, & Sidonem opposuit Corozain, & Bethsaidæ, vicinas, & maxime notas ciuitates, illaque*

141 Expeditur locut, sicut Tyro & Sidone, &c.

MARTINO
STUUS
I. M. CAR
VI
U.

Gentiles, idololatrias, avaritiam, & lucris deditas, deliciis, omnique improbitatum, & voluptatum genere corruptissimas, & nihilominus misericordis, si apud eas facta fuissent, olim, id est, citò, & quamprimum conuertendas, per exaggerationem dixisse, ac vehementiorem increpationem, & exprobrationem inculpabilitatis Iudæorum. Perinde ac cum amico rem aliquam, aut officium nobis postulanti bus elegantè exprobrando dicimus: Si hoc ab alienissimo & inimico petissem, statim concessissem. Proinde deque Christum nihil minus, quam de Tyrionum, & Sidoniorum conuersione, & penitentia, præsertim scientiam conditionatam cognitis, cogitasse, aut Iudæos admonere voluisse.

142 Verum ad hæc trita, & ab aliis iam sæpius præposita effugia, iam alibi dixi. Primum, parem esse rationem de conditionatis præteritis, ac de futuris: & ea, quæ respectu temporis præsentis dicuntur præterita, fuisse futura respectu æternitatis, & temporis antecedentis. Parem, inquam, esse rationem quòd Deus sciat, quid futurum olim fuisset sub conditione aliqua non posita, & quid futurum esset in posterum, si conditio aliqua poneretur, quæ non ponetur. Secundò, Christum verba supra relata, ut & alia omnia, quæ in Scriptura continentur, esse, quæ ad fieri potest, accipienda in sensu proprio, & literali, ut sonant. At Christus non ait solum Tyrionum, & Sidoniorum esse longe melius ad fidem suscipiendam, & ad penitentiam agenda[m] dispositos: sed simpliciter affirmat, quòd penitentiam agissent, si facta fuissent in illis virtutes, quas alibi fecerat. Tertio, exprobrationem Christi, non grauem, postulare, ut Christus certus esset futuram fuisse penitentiam Tyrionum, & Sidoniorum, sub tali conditione. Nam comparatio illa cum Tyrionum, & Sidoniorum, fundata solum in exaggeratione, aut mera probabilitate, reprehensionem leuem & Christo indignam redderet. Quarto, Christum, etiam ut hominem, non opinari, nec affectu probabilitate dimittere, sed formidine oppositi, & periculo falsitatis: sed certissime scire quidquid nouit eiusque intellectum non minus esse incapacem falsitatis, quam voluntatem malitiæ moralis. Quare si ut homo, nouit conuersionem Tyrionum, & Sidoniorum futuram fuisse, uisus eius miraculis; nouit certò, & infallibiliter. Et si nouit ut homo, nouit etiam ut Deus multò magis: non opinatiue tantum, quia Deus non opinatur; sed euidenter, certissime & planè infallibiliter; sicut nouit cætera omnia. Quintò, eos etiam homines, qui prudentes & rationabiliter utuntur in reprehendendo, tali exaggeratione, qualem in verbis Christi esse præcedit Aquearius: præsertim uerò acriter & seuerè increpando, & exprobrando; debere saltem opinari esse, aut fore illum, quòd asserunt: fore u. g. ut si ab alieno, & inimico peterent, quòd negatur illis ab amico, statim ille concederet. Ergo Chri-

stus, prudenter sine dubio exprobrans, præsupponebat Tyrionum, & Sidonios fuisse conuertendos, si uiderent miracula à se facta. Præsupponebat, inquam, non opinatiue solum, quia Christus non opinatur, sicut neque credit: multòque magis illum dedecet opinio, quam fides, quæ tamen, omnium confensu, ab illo remouenda est: sed ex certa & euidenti noticia, ab obscuritate, & incertitudine, periculoque falsitatis longè remota.

Ad alterum locum qui à multis in fauorem scientiæ mediæ citatur ex 4. Reg. 13. Si percussisses iaculo terram quinq[ue], aut sexies, &c. Respondet idem Aueter num. 5. cap. 28. hunc etiam habere conditionem de præterito, non de futuro: Et uerè quidem in Propheta fuisse scientiam, & ueritatem conditionalem: non autem in Deo. Cum enim Deus Elisæo in genere reuelasset quòd toties Iuas Syriam uisitaret, quoties terram iaculo percuteret: ex hac reuelatione absoluta, & integram perditionem Syriæ, si Iuas quinq[ue], sexies, aut septies terram iaculo ferisset. Propheta conditionatè probabiliter, & rectè intulit. Vel hoc loquens, uoluit significare tantum uoluit, duplici sibi, quòd Iuas à ferienda terra iaculo tam citò desisset. Nam ibi legitur, quòd propterea iratus in eum fuerit. A que ut Propheta hæc conditionata à Deo immediatè reuelata fuerit, non propterea Deus habuit ullam scientiam illatam, & conditionalem: Cum scientiam uisionis trinitam tantum futuram, & terræ percussio[n]em, & Syriæ uastationem: Quintam uero, sextam, aut septimam nunquam fore, scientiam simplicis intelligentiæ cognosceret.

144 Sed contra: primò, cum ait locum illum habere conditionem de præterito, uel intelligit tempus ponenda conditionis iam fuisse præteritum, cum Propheta hæc diceret. Et hoc quidem uerum est, ut patet ex illis uerbis: Si percussisses: tamen reuelatio facta Elisæo, antequam Iuas terram percuteret, erat de conditione futura, quòd scilicet, si percuteret Iuas terram iaculo quinq[ue], aut sexies, aut septies, percuteret Syriam usque ad consummationem. Et scientia Dei, quæ ab æterno est, præcessit tempus, quo ponenda erat conditio. Quare illa observatio Aduersarij, hoc sensu intellecta, nihil facit ad rem: uel si intelligit locum illum habere conditionem de uenturo præterito, non autem de futuro sub conditione. Et hoc est manifestè falsum; nam euentus, qui à Propheta prædicebatur, erat futurus sub conditione, etiam respectu temporis illius, quòd à Propheta uerba illa pronuntiabantur: adhuc enim futurum erat, quòd Iuas Syriam funditus perderet, si terram sæpius percutisset; multòque magis erat futurum respectu æternæ præscientiæ Dei reuelantis. Quare locus ille Scripturæ habet conditionem de uenturo futuro, non autem de præterito: & observatio Anonymi hoc sensu intellecta est falsa: & inutilis ad infringendum robur argumenti

illo desumpti in fauorem scientiæ futuro-
rum sub conditione.

Secundo, si Elifæus vi illius generalis res-
uelationis sibi à Deo factæ, quod toties Ioas
Syriam vastaret, quoties terram iaculo per-
cuteret, habuit scientiam conditionalem,
quod si sapius percussisset terram; magis, &
tandem funditus Syriam perdidisset: multò
magis id Deus cognouit vi sui decreti ante-
cedentis, & efficacis, quo statuerat vt toties
Ioas Syriam vastaret, quoties terram iaculo
percuteret. Est enim euidenter verum, & co-
gnoscibile, quòd posito tali decreto Dei, sa-
pius Ioas Syriam vastasset, si terram sapius
percussisset. Deus autem, cuius intelligentia
est infinita, & perfectissima, cognoscit om-
nem veritatem vi cuiusunque mediij, per
quod potest euidenter cognosci, vt dicemus
disp. 10. sect. 1. Falsum ergo est quod ait Ad-
uersarius, verè quidem in Propheta fuisse
scientiam & veritatem illam conditiona-
lem, non autem in Deo.

145

Tertio, dicere quòd Elifæus probabiliter
tantum cognouerit fore, vt sapius Ioas Sy-
riam vastaret, si terram sapius percussisset,
incongruum est. Cum enim manifestè id
sequeretur ex generali reuelatione sibi à
Deo facta: non potuit de eo dubitare, nisi
dubitaret de reuelatione. Quare tam cer-
tum, & indubitatum hoc illi fuit, quàm erat
certa reuelatio diuina. Quàmque tam abso-
lute affirmet id, quod prædicit futurum fuisse,
si Ioas sapius percussisset; non est existi-
mandum id probabiliter tantum dicere. Al-
ioqui pari licentiã possent ceteræ Prophe-
tarum prædictiones eludi, affirmando proba-
biliter tantum ab illis dici, quæ futura præ-
dicunt, ex illatione, vel coniectura, & sensu
proprio, tantum probabilis: non autem ex
certa, & infallibili inspiratione, & reuelatio-
ne Spiritus sancti. Quod est falsum, & con-
tra sensum omnium Patrum, & Theologo-
rum, qui ex illis prædictionibus sumunt cer-
tum argumentum diuinitatis Scripturæ, &
Christianæ Religionis. Quarto, Elifæus non
quomodocunque significauit sibi displicere,
quòd Ioas à ferienda iaculo terra tam cito
desisset: sed absolute eodem spiritu Prophe-
tico, quo præceperat illi vt terram percu-
teret, affirmauit. *Si percussisses terram quinquies,
aut sexies, aut septies, percussisses Syriam usque
ad consummationem: Nunc autem tria vice
bus percussisti eam.* Quod postremum de trina
percussione Syriæ non probabiliter tantum
asseruit, sed certissimum habuit, sicut & in-
fallibiliter enunciat. Neque potest Aduersarium
de eo dubitare, cum Scriptura id asserat ibi-
dem paulò post. Ergo & illud aliud eadem
certitudine, eodemque spiritu Prophetico
affirmauit. De utroque enim simili modo lo-
quitur. Nec potest nisi temerè, & voluntarie
dici priorem partem prædictionis probabi-
liter tantum, & coniecturaliter humano spi-
ritu; posteriorem verò, certò, & Propheti-
co spiritu enunciari. Quintò, si Deus reuela-
uit Elifæo hæc veritatem conditionatam;

Deus manifestè habuit illius scientiam, id
est, nouit euidenter fore, vt Ioas sapius va-
staret Syriam, si terram iaculo sapius percu-
teret, quàm reipsa percussisset non inferendo
probabiliter, aut discurrendo formaliter, sed
simplici intuitu veritatem illam conditiona-
lem perfectissimè attingendo. Nec obstat
quòd per scientiam visionis sciret trinam
fore percussione[m] terræ, & Syriæ: & per
scientiam simplicis intelligentiæ, latè sum-
ptæ, sciret quintam, aut sextam, aut sep-
timum percussione[m] nunquam fore abso-
lutè. Nam præter hæc duas veritates, Ioas ter
percussit terram & Syriam. Et, Ioas non percu-
ssit terram neque Syriam quinquies, sexies
aut septies: datur hæc tertia: Ioas percussit
Syriam quinquies, aut sexies, aut septies usque
ad consummationem, si terram iaculo per-
cussisset quinquies, aut sexies, aut septies. Et
hæc est quam dicimus esse obiectum scientiæ
conditionatæ.

Ad aliud Scripturæ testimonium desum-
ptum ex 1. Reg. 23. *Si tradet me viri Ceila, &c.*
respondet Anonymus num. 6. eiusdem capi-
tis 28. Deum responsione data Dauidi signi-
ficare noluisse Saulem reuera venturum: ne-
que item quòd Ceila eum traderent, aut
haberent actu voluntatem ipsum tradendi
Saül: sed solum voluisse eum admonere pe-
riculo, in quo erat, & tali admonitione ef-
ficere vt inde recederet, quod prudenter fe-
cit. Itaque illa verba, *Veniet, Tradent,* aliud
nihil significat, quàm comminationis loci, tem-
poris, & personarum tam Saülis, quàm Cei-
litarum animi dispositionibus, esse factu[m] fa-
cillimum vt Saül veniret, eique traderetur à
Ceilitis: ideoque cum in magno esset vitæ
periculo, salutis suæ quamprimum fugã con-
sulendum.

Verum non possum non mirari tantam fa-
cilitatem recedendi à proprietate verborum
Scripturæ, non alia de causa, quàm ad tuen-
dam quomodocunque opinionem anticipa-
tam? Nam Deus absolute respondet Dau-
idi, *Veniet, Tradent.* Hæc autem non signifi-
cant periculum dumtaxat, sed euentum, si
propriè, & simpliciter sumantur vt sonant.
Debent verò sumi propriè, quoad fieri po-
test. Et nulla est ratio accipiendi in sensum
improprum: sed potius magna est ratio pro-
prietatem retinendi. Primum, quia Dauid
Deum non interrogabat, essetne periculum,
vtrum veniret Saül; & Ceilitæ essent ipsum
tradituri Saülis venienti? quod periculum
poterat Dauid facile videre, & facilius pote-
rat verbis propriis exprimere dicendo, *Do-
mine Deus estne periculum, &c.* Sed interro-
gabat de euentu futuro, id est, de eo, quod
reipsa futurum erat, si Ceila remaneret. *Do-
mine Deus Israël (inquit) audiuit famam seruis
meis, quòd disponat Saül venire in Ceilam, vt
eueriat urbem propter me? si tradent me viri
Ceila in manus eius? Et ait Dominus: Descendet;
Dixitque Dauid: si tradent me viri Ceila, &
viros, qui mecum sunt in manus Saülis? & di-
xit Dominus, Tradent.* Itaque Dauid non in-

146
Poderatur
locus. Si
tradent me
viri Ceila,
&c.

VINTINO
STUS
VI
VI

terrogabat Deum de periculo dumtaxat, quod per se euidens erat: neque de presenti affectu Saulis & Ceilanorum, de quo satis aliunde sufficiens, & iusta ratio timendi supererat, sed de euentu futuro: Si descendet Saul? Si tradent me viri Ceila in manus eius? Deus autem sine dubio ad mentem illius respondit. Ergo respondit de euentu, non de periculo dumtaxat, vel de presenti affectu Saulis, & Ceilanorum. Secundò, quia alterutrum, distinctè & determinatè futurum erat, & verum: quòd nimirum vel Saul descenderet in Ceilam, à Dauid ibi remansisset; vel non descenderet: quòdque Ceilitæ essent eum tradituri Sauli, vel non essent tradituri. Ergo Deus nouerat id quòd determinatè futurum, & verum erat. Ergo nouerat non solum periculum, aut presentem affectum Saulis, & Ceilitarum: sed etiam euentum, verè, & determinatè futurum: Ergo poterat illum Dauidi reuelare. Atqui si uidebat reuelare, quibusnam aliis uerbis magis propriis, & significantibus uti poterat, quam quibus reipsa usus est, absolutè, & sine ulla modificatione affirmando, *Descendet, Tradent*? Unde igitur habet Aduersarius, nisi ex malè anticipata opiniose, cui aduersus hanc Dei responsio propriè sumpta, quòd licet Deus responderit, *Descendet*; noluerit tamen significare Saulem descensurum, sed dumtaxat esse periculum descensus; & quamuis responderit, *Tradent*: noluisse significare tradituros: sed tantum esse periculum, quòd traderent? Adde quòd Sancti Patres, à quorum communi consensu in Scripturæ interpretatione recedere prohibet Tridentinum Sess. 4. in Decreto 2. uerba illa sensu proprio intelligunt: ut Hieronymus in eundem locum 1. Reg. 23. cuius uerba retulimus supra num. 42. uoluit illum expendimus.

147

Expenduntur uerba, *Raptus est ne malitia mutaret intellectum eius*.

Ad ultimum locum relatam ex Sap. 4. *Raptus est ne malitia mutaret intellectum eius, aut ne filio deciperet animam illius*, respondet Auctor citat. ibidem in eo Scripturæ loco significari acceleratam iusto mortem; uixque breuitatem, magnum illi à Deo fuisse beneficium: Et iustos non sine iustitiæ amittendæ periculo in hoc mundo uersari; nosque hanc cognitionem, & enunciationem conditionalem, ut bonam, & moraliter certam posse formare, futurum esse ut iustus aliquis, si diu uiuat non perseueret in iustitia, propter probabilem; & moraliter certam connexionem deceptionis, & mutationis mentis de bono in malum, cum diuturnitate uitæ in tot, tantisque periculis, & peccandi occasionibus. Tantum uerò abesse, ut particula, *Ne*, uelam arguat in Deo scientiam conditionatam mutationis, & deceptionis iusti, conditionatè futuræ: ut potius declaret eius raptum ex hac uita in uenture, causam fuisse, cur actum futura non esset illa mutatio mentis, & deceptio animæ: ideoque à Deo cognita tantum scientiâ simplicis intelligentiæ, ut non futura.

Sed contrà: Primò, particula illa, *Ne malitia mutaret* &c. coniuncta cum præcedenti, *Raptus est*, & propriè intellecta, significat manifestè euentum mutationis, & deceptionis animæ, fuisse tantum sub conditione futurum; si nimirum raptus non fuisset. Secundò, significat etiam euentum illum fuisse à Deo præciturum sub conditione: quandoquidem ideo Deus raptus iustum illum in uenture, quia præuidebat fore, ut si non raperetur, malitia mutaret intellectum eius, & fictio deciperet animam illius. Tertio, non tantum est periculum moraliter certum, ne iusti murentur, & cadant in tot peccandi occasionibus, si diu uiuant; uerum etiam determinatè futurum est ut cadant, si diutius uixerint? Et hoc quia, uerum est, & cognoscibile, certò & infallibiliter à Deo cognoscitur. Potestque Deus eius cognitione moueri, ut iusto mortem acceleret, quando præuidet fore ut cadat. Verba autem Scripturæ relata, sumpta propriè, ut sonant, significant Deum de facto ita se gessisse cum iusto, de quo ibi loquitur, affirmando absolutè fuisse illum in uenture raptum, & ne malitia mutaret intellectum eius. Atqui tum illa, tum cætera omnia Scripturæ uerba, debent sumi in proprio sensu quoad fieri potest, ut docent omnes Catholici cum D. August. lib. 3. de Doctr. Christ. cap. 10. & fatetur Aduersarius paulò post, numero 9. postquam inuoluntè præmissis, & probare conatus est, id de quo nemo dubitat, non posse omnia Scripturæ uerba in sensu proprio, & literaliter accipi, neque illam à Spiritu sancto semper intendi.

Quod uerò ait uerba iam relata in proprio, & literaliter sensu accipi non posse: quia fieri nequit, ut sic accipiantur ea Scripturæ uerba, quibus dicuntur futura aliqua, quæ nec sunt, nec fuerunt, aut erunt unquam; parum consideratè dictum est. Est enim euidens fieri posse, ut propriè accipiantur uerba Scripturæ, quibus uerè significatur aliquid futurum esse sub conditione, quod non est futurum absolutè de defectu conditionis. Est autem uerum, & facile intellectu quòd ex gr. Petrus iustus caderet in peccatum mortale, si Deus patitur eum diutius uiuere: & quod Petrus non caderet reipsa, quia Deus casum præuenit, mortem illi accelerando. Similiter uerum erat, quod Saul uenisset Ceilam si Dauid ibi remansisset; & quod reipsa non uenit, quia Dauid non remansit. Quod Tyrij, & Sidonij penitentiam egressis, si Christus illis prædicasset; & quod non egerint reipsa, quia Christus non prædicauit. Et sic de cæteris. Quare apertè factum est Scripturæ uerba supra relata & expendita, non posse in proprio sensu accipi: simulque manifestum est non ideo non accipi ab Anonymo in proprio sensu, quia per se non possunt fieri, quia eius opinioni anticipatè aduersantur.

SECTIO XIV.

Alia eiusdem effugia circa Patrum auctoritatem, & rationes allatas refelluntur.

149

Argumento sumpto ab auctoritate Sanctorum Patrum ita respondet idem auctor lib. de Ordine, toto cap. 29. ut argumenti vim aut non intellexisse, aut penitus dissimulasse videatur. Summa illius responsionis est: Patres, cum responderent Deū elegisse Saullem, quamvis præsciret eum à se recedurum; & voluisse creare Angelos, & Adamum, Iudam, vel alios homines malos, quamvis sciret esse peccaturos: & rapuisse aliquos à vita, ne peccarent, neque mutarentur in deterius: non uti nomine scientiæ conditionatæ, nec vlllo modo eam supponere: sed loqui de scientia absoluta visionis, & respectu eorum, quæ teuera futura, & absolute futura sunt, non autem, quæ tantum conditionatè: vel de scientia prævisionis, & possibilitium, quæ Deus nouit quid vel solus, vel cum voluntate creata possit facere, quod sufficit ut illud eligat, & decernat, eamque suo decreto præscientiam, seu visionis scientiam, rerumque causam efficiat. Quare non est opus scientia media, quæ dirigatur eius decretum. Cum autem Patres dicunt Deum præscire res liberè futuras, ideo quia futura sunt: loquuntur, inquit, de *Ido*, & *Quia* rationis, non rei. Neque enim voluit res liberè futuras esse causam diuinæ præscientiæ: cum potius Dei præscientia sit causa rerum omnium, tam liberarum, quam necessariorum.

Scientia media est necessaria ut latè fiat multis questionibus Ethnicorum.

Verum ex dictis supra sect. 6. & 10. euidenter apparet quam leuis, & inanis sit tota illa responsio. Lique enim Sanctos Patres, respondentes Ethnicis tales questiones proponentibus, Deum non obstante præscientia peccati futuri demonum, Adami, Iudæ, & aliorum, voluisse nihilominus sapienter eos creare ad ostensionem suæ bonitatis, alioque fines; non potuisse loqui de præscientia absoluta, seu visionis. Nam scientia, de qua loquuntur, potuit esse cum non-creatione: Siquidem Deus, eâ non obstante, potuit non creare, ut supponitur ethnicis, & concedunt Sancti Patres. Implicat autem scientiam absolutam, seu visionis peccati futuri absolute stare cum non-creatione, & cum non-existenti sui obiecti. Neque etiam loquuntur de scientia simplicis intelligentiæ, & prævisionis, quæ nouit peccatum, & creaturas illas, ut pure possibles. Tum quia de illa non interrogabantur ab ethnicis. Neque enim querunt quomodo Deus sapienter creasset Angelos, vel homines, præsciens illos esse possibles, & posse peccare: sed quomodo creasset præsciens esse peccaturos si crearet. Tum quia quod possint tantum esse, & peccare, non est ratio cur Deus sapienter abstinere debuisse videretur ab eorum creatione, nisi

ylterius præsciuisset fore ut reipsa peccarent, si crearet. Similiterque cum dicunt Deum aliquos iustos citius videri præscienti subtrahere, quia præscit esse acauos, & mutandos in deterius, si diutius viuant: non loquuntur de scientia visionis peccati absolute futuri: quia scientia illa non potest stare cum negatione peccati, neque peccatum est absolute futurum in casu posito: nam Deus illud impedit. Nec etiam loquuntur de scientia simplicis intelligentiæ peccati, ut possibilis. Nam Deus non eripit iustos illos à vita, ideo solum quia possunt peccare, & quia præscit posse peccare: sed quia præscit fore ut peccent reipsa si diutius viuant. Plura hac de re videri possunt locis citatis supra. Hæc autem breuiter repetita in præscienti sufficiunt ad ostendendam inuilitatem responsionis Anonymi quoad priorem eius partem. Posterior verò, de casualitate, vel prioritate rationis inter res liberè futuras, & Dei præscientiam, eiusque necessitate ad saluandam libertatem, præcipue verò quoad actus antecedentes, & efficaciter prædefinitos, soluta manet ex dictis superius sect. 12. de eademque plura dicemus disp. 12. sect. 7. & 8. vbi ostendemus falsum esse quod supponit Aduersarius, ipsammet præscientiam visionis esse causam rei, quæ præscitur: pro supposito, eueritur planè libertas creaturarum, ut ibidem demonstrabitur.

Rationibus verò à nobis allatis sect. 6. nu. 32. & sequentibus, ita respondet cap. 30. & 31. Primò, non esse Deo necessariam scientiam mediam ad statuendum, eligendum, & decernendum, etiam prædefiniendo, efficiat actus liberè creaturarum (ad quod nos esse necessariam diximus, ut liberè creatura concilietur cum antecedenti, & efficaci Dei prædefinitione) propterea quod sufficit scientia absoluta visionis, qua res omnes possibles, omnesque rerum ordines, & modos possibles agendi, & concurrenti cum causis, tam necessariis, quam liberis, illarum carum libertate, plenissime, & absolute, & distinctissime nouit. Secundò, nullam esse prioritatem, nullumue ordinem inter scientiam Dei, eiusque decretum, vel alios eius actus, nisi in subsistendi consequentia, secundum quam scientia voluntate prior est. Tertio, non sequi quod sublata scientia mediâ Deus nequeat respondere questionibus innumeris ad prudentem vitæ humanæ gubernationem necessariis: v. gr. An rex victoriâ potiturus sit, si cum hoste confligat? Velenim, inquit, erit pugna illa, vel non erit. Si non est futura, respondebit Deus non esse futuram pugnam, neque victoriâ, cum Deus id sciat scientia simplicis intelligentiæ. Si verò pugna futura est: Rex victoriâ consequetur, an non consequetur. Si primum: Deus longè ante id nouit scientia visionis, & respondebit affirmatiuè, Rex victor erit. Si secundum: nouit Deus scientia visionis prædictum fore, & simul nouit, scientia simplicis intelligentiæ, Regis victoriâ non fore. Ideoque

150

Referuntur & refelluntur vix euasiones contra rationes allatas.

VITINO
VITUS
VITUM
VITUM
VITUM

respondere poterit: Pugnabit rex, sed non vincet. Similiter, inquit, ex eadem scientia media reiecta non sequitur nos non teneri certo credere quidquid Deus dixerit: Deum à nobis interrogatum questionibus hypotheticis, coactum iri dicere se nescire, vel tacere: Earum non maiorem quam nos habere certitudinem, in genere saltem, id est, non nisi coniecturalem; In tota æternitate mansurum de illis incertum: In mundi gubernatione cæco modo, aut coniecturali tantum scientia procedere ut homines; neque perfectissimam habere providentiam de rebus humanis. Quartò, falsum esse scientiam mediam nullam dicere imperfectionem: esse perfectionem simpliciter simplicem: nullam in Deo implicare contradictionem. Quintò, quod dicitur, conditionem appositam propositioni absolutæ nihil ei de veritate adimere, sed solum futuritionem absolutam mutare in conditionatam: ideoque propositionem conditionatam habere veritatem determinatam, æquè ac propositionem absolutam: Verum quidem est, inquit, quando conditionata vim habet absolutæ. Ut, Si Petrus rogetur ab ancilla, negabit Christum: quæ huic æquivaleret: Petrus ab ancilla de Christo interrogatus, eum negabit. At in rigore, & vniuersè falsum est: conditio enim tollit, & suspendit sensum absolutum antecedentis, & consequentis; facitque; ut tota propositio hypothetica nihil aliud significet, quam connexionem & consequentiam consequentis ab antecedente: ideoque de falsis, & impossibilibus æquè veritas est. Sextò, Deum cognoscere Petrum v. gr. esse convertendum per hoc, aut illud auxilium, non per scientiam mediam, sed per absolutam scientiam visionis, quæ videt ab æterno causas omnes determinatas ad illud futurum contingens producessum. Quarum causarum una, eaque prima, & immutabilis, est eius decretum absolutum de illa producenda, cuius æternitati, non secus, ac diuinæ & æternæ Dei scientiæ, præiens est conuersio Petri. Neque propterea decretum illud prædeterminans eripit libertatem; quia non est antecedens ad conuersionem Petri, quasi non includat liberam Petri cooperationem. Quare æternitate solum, & etiam causalitate, atque a deo naturæ prioritate, eam antecedit. Non est, inquam, antecedens eo sensu, quo D. Thomas, & antiqui Theologi usurpant vocem antecedentis voluntatis, pro ea scilicet, quæ res ex prima, absoluta, & simplici sui consideratione, nec spectatis omnibus, & singulis eius conditionibus particularibus, à Deo voluta est. Voluntas autem consequens vocatur ea, quæ res non sola, nuda, & prima sui consideratione, sed etiam spectatis omnibus eius causis, & circumstantiis particularibus, est à Deo voluta. Quo pacto Deus vult conuersionem Petri: ideoque non eripit illi libertatem; quamuis hæc voluntas consequens sit simpliciter & semper efficax. Antecedens autem est potius vellitas, & voluntas secundum quid;

estque sæpe inefficax, cum non semper impleatur: ut voluntas, quæ Deus vult omnes homines saluos fieri. Septimò denique, licet Deum cuius infinita est intelligentia, nulla lateat veritas: verumque sit Petrum v. gr. ex hypothesi quod ponatur in his, aut illis circumstantiis, consensurum esse diuinæ gratiæ; in aliis non esse consensurum: Nihilominus id non cognosci à Deo scientiâ mediâ: quia conditionatus ille consensus, si verè futurus est, scientiâ visionis; si futurus non est, scientiâ simplicis intelligentiæ à Deo cognoscitur. Ergo non scientiâ mediâ, quæ in Deo nulla est, & quæ solâ, ex aduersariorum principiis, quidquam siue præsens, siue præteritum, siue futurum absolutum, aut conditionatum, à Deo cognosci impossibile est. Nihil enim præteritum, præsens, aut futurum, esse potest sine aliquo absoluto, aut conditionato Dei decreto: Nullum autem Dei decretum volunt aduersarii cognosci à Deo per scientiam mediam, eo quod hæc quouis Dei decreto prior sit. Hæc ille toto cap. 30. & 31.

Sed primam responsionem esse oporteret insufficientem patet ex dictis num. 122. & sequentibus. Secunda falsitas ostenditur disput. 14. sect. 6. 7. & 8. vbi de ordine decretorum, & actuum diuinorum contra eundem auctorem subis disputabitur. Ad tertiam dico manifestè sequi absurda illata e. negatione scientiæ conditionatæ de obiecto nunquam absolutè futuro. Nam si Deus nesciat certò, & infallibiliter, quid esset futurum sub conditione, quæ non ponitur: ergo postro quod rex non sit pugnaturus, & sit destitutus à voluntate pugnandi propter diuinam reuelationem, non poterit Deus respondere, certò scilicet, & infallibiliter, ut Deum decet, futurumne esset, ut victoriam consequeretur, si pugnaret. Hoc enim neque nouit scientiâ visionis; quia non est futurum reipsa, ut supponimus. Neque scientiâ simplicis intelligentiæ præcisè sumptâ, prout est purè possibilem; quia cognoscere victoriam, ut purè possibilem, & præcisè non est cognoscere fore ut rex vincat, si pugnet, aut fore ut victoriâ cadat, si pugnare aggrediatur. Neque etiam id cognoscit scientiâ absolutâ simplicis intelligentiæ de victoriâ, ut non exitura absolutè. Etenim est de scientiâ Dei directè responsionem, & reuelationem; cuius rex destituit pugnando, & vi cuius futurum est ut rex neque pugnet, & neque victoriâ, quæ Deus absolutè nouit neque pugnam, neque victoriam esse futuram, regemque à pugnando destitutum esse propter Dei reuelationem, non dirigit ipsam reuelationem, sed potius supponit ratione prius reuelationem Dei regi factam, & voluntatem regis obsequentem reuelationi. Ergo admittenda est scientiâ: per quam Deus scit fore id quod reuelat: nempe fore ut rex non vincat, si pugnet, ratione prius, quam absolutè sciat regem non pugnaturum obtemperare reuelationi.

Multas absurdas negationes scientiæ conditionatæ.

revelationi, neque victoriam reportaturum: Quæ scientia non est alia, quam scientia media: seu conditionata, quæ cognoscitur victoria, non ut purè possibilis, neque ut absolutè futura, vel non futura: sed ut non futura sub conditione, etiam si Rex pugnet.

153 Similiter manifestè sequitur nos non teneri certò credere quicquid Deus reuelat, si huiusmodi questionibus hypotheticis de ipso euentu factis (nam illum ipsum quærent homines à Deo, & scire desiderant) respondet absolutè, non ex scientia certâ & infallibili de ipso euentu conditionatè futuro, per scientiam mediam cognito; sed coniecturaliter tantum, & opinabiliter, ex opinione fundata in præsentis dispositione, & aliis coniecturis fallibilibus, quibus non obstantibus, potest à libera voluntate creata euenire oppositum. Et si Deus interrogetur an sciat, id est, an euidentè nouerit quid eueniret, si hæc, aut illa conditio poneretur, quod tamen homines naturali lumine ipsum scire intelligunt; deo; huiusmodi euentibus Gentiles omnes sua oracula sæpius interrogauerunt, & Dauid, aliiq; sancti Deum consuluerunt, debet necessarîo vel tacere, vel scire se nescire, nihilq; aliud, quam coniecturaliter cognoscere, & certitudinem ad summum coniecturalem de euentu habere. Quamquã aliqua sunt huiusmodi futura, de quibus nulla talis certitudo coniecturalis haberi potest. Ut, si Deus præciperet Angelo figurè tangere, & morte afficere vnunq; decem peccatoribus æqualiter merentibus, ac per omnia paribus, tã in seipsis, quam in Angeli cognitione, & affectu. Tunc enim Angelus posset eligere, quem percuteret: & Deus nouit ad quem Angelus in eo casu se determinaret. Hinc etiã sequitur Deum tota æternitate mansurum incertum de huiusmodi conditionatè futuris, quæ tamen sunt determinatè vera, & certò, atq; euidentè cognoscibilia, quantum est de se: & in suis prædefinitionibus cæco modo se gerere, seipsumque exponere periculo aberrandi, & non assequendi, id quòd prædefinit efficaciter, ignarus vtrum media, & auxilia, quibus liberum consensum creaturæ prædefiniendum obtinere uult, fiat infallibiliter habitura effectum; & non esse futurum, ut voluntas illis resistat, quatenus possit resistere.

154 Scientia media est magna perfectio. Ad quartam, dico scientiam mediã euentus sub conditione futuri non esse quicquam perfectiorem simpliciter simplicem, cum sit contingens simpliciter, & non in eod, quæ scientia euentus oppositi, qui sicut potuit esse, potuit etiam præsciri: esse tamen magnam perfectionem; & tantam, ut sit propria solius Diuinitatis. Nam si præscientia, & reuelatio liberorum futurorum absolutè, est argumentum certum Diuinitatis, ut Script. docet Isaia 41. versu 23. aliisque locis, & sancti Patris communi consensu confirmant: non minus est præscire certò & infallibiliter, quæ sunt futura conditionatè tantum; quam quæ absolutè. Imò illud prius uideri esse difficilius, Tom. I.

& maioris perfectionis. Quod autem hæc scientia nullam in Deo inuoluet imperfectionem, siue multiplicationis conceptuum; siue illationis, & discursus formalis; aut si quam aliam, in nobis habet; iam supra ostendimus num. 110. esseque solum simplicem, & puram notitiam euidentem veritatis significatæ per propositionem conditionatam: Quod scilicet existens tali occasione Petrus v.g. peccaret; quòd commissæ tali pugna rex uinceret. Quam notitiam in Deo implicare contradictionem, non uideo quã probabilitate, & apparentia veritatis dici possit. Cum potius implicet euidenter contradictionem, verum, & obiectum intellectus, non esse de intelligibile, ut tale: & Deum, cum omnia sciat, plurimas tamen, & infinitas veritates nescire.

Ad quintam, patet ex dictis num. 111. & 120. omnes propositiones hypotheticas, de quibus in præsentis disputamus, habere vim absolutarum eo sensu, quo ait Aduersarius: & de illis in eo sensu questionem esse in hac tota disputatione: non autem in sensu illatiuo. Exempli gratiã, sensus illius propositionis: Si Dauid Ceilæ remanserit, Ceilani eum tradent Sauli, æquualet isti, Dauid Ceilæ remanens, id est, nisi Ceilæ recesserit, tradetur Sauli à Ceilanis. Quare generaliter, & in rigore verum est de istis propositionibus hypotheticis, quòd sint determinatè vera, & quæ ac propositiones absolutæ. Quòd uero conditio apposita propositioni absolutæ, non adimat illi veritatem, sed solum eam mutat de absolutâ in conditionatam. Sicut e. oppositò conditio detracta propositioni hypotheticæ, solum eam mutat de hypotheticâ in absolutam. Estq; per se notum, & euident, quòd si verum est absolutè Petrum negaturum esse Christum, ancilla eum interrogante: verum est pariter quòd negabit; si ancilla interroget, quòdque erat negaturus, si ancilla interrogaret, ut ostendit euentus posita conditione sequutus.

Ad sextam, Respondeo Deum per solam scientiam absolutam, quæ nouit res omnes, ut possibiles, & impossibiles eorum ordines, ac modos concurrenti cum causis, siue liberis, siue necessariis; non posse esse certum infallibiliter quòd Petrus sit conuertendus per hoc aut illud auxilium: quippe qui non obstantè tota illa possibilitate, est indifferens, & liber ad consentiendum eidem auxilio, potestque dissentire, si uelit. Neque est idem Petrum posse conuerti liberè per tale auxilium gratiæ, & Petrum esse conuertendum reipia. Priusquã illud cognoscere, non est cognoscere certò, & infallibiliter posterius. Sed nequè etiã potest Deus cognoscere id certò, & infallibiliter in solis causis, & circumstantiis quibuscunque antecedentibus operationem liberam, & consensum Petri: quia postis & stantibus iisdem omnibus antecedentibus, potest pro sua libertate non consentire. Et quicunque effectum contingentem cognoscit

155 Propositiones hypotheticæ æquualet absolutis quoad veritatem aliquam conditionem.

150 Deus per solam scientiam possibilium, non est certus de euentibus liberè futuris.

INTINO
ITUS
um
VI
U

tantum in sua causa, non habet de eo, nisi coniecturam aliquam cognitionem: cum causa contingens, ex se, & ante suam determinationem actualem, se habeat ad oppositum, id est, sit indifferens ad utrumlibet, ut ait S. Thom. quaest. 14. artic. 13. & fatetur Aduersarius cap. 25. nu. 4. ubi addit, quod si Deus ne quidem futura contingencia absoluta in sua causa certo cognoscere potest esse futura, ut probat S. Thom. verbis modò relatis: multo minus alia futura tantum conditionatè certo scire poterit esse futura, in suis causis, etiam in his, vel his conditionibus constitutis. Nam, inquit, eiusmodi conditionibus nullis positis, & à quouis, etiam à Deo visis, & cognitis, & ipsa etiam causà in illis posità, & carè cognità, si est libera, & aliud nihil sit, eam determinatè operaturam esse, ne Deus, quidem ipse certo scire poterit: cum illis positis, ex se potens sit non agere, & saepe etiam fiat, ut actu non agat in eiusmodi circumstantiis, & conditionibus.

157 Dicere autem Deum cognoscere certo, & infallibiliter futurum contingens, putà consensum Petri liberum, quia videt causas omnes determinatas ad illud futurum contingens producendum, quarum una, & eaque prima, & immutabilis est Dei decretum absolutum, & efficax de illo producendo; quòd decretum sit prius à terminatè, & causalitatè, consensu futuro, nulloque modo ipsum praesupponat, ne quidem, conditionatè futurum, si decretum tale auxilium, sed illum infallibiliter inferat: est inditus euertere libertatem arbitrij ere. Est enim ponere aliquid omnino antecedens determinationem liberam creaturae, velut illius causam; & nullo modo eam praesupponens; quo posito, sequatur in fallibiliter ipsius operatio, neque possit non sequi. Ergo voluntas illo posito non est libera, quia non est potens ad oppositum, positis omnibus antecedentibus, sed est necessitata, & praedeterminata ad vnum.

158 Neque iuvat dicere tale decretum Dei, absolutum, & efficax, inuoluerè consensum liberum Petri. Implicat enim tale decretum praedeterminare, & necessitare omnino antecedenter voluntatem Petri ad consensum, & tamen consensum esse liberum. Atqui necessitat omnino antecedenter, nullo modo, ne conditionatè quidem supponit consensum esse liberè futurum posito tali auxilio, sed absolutè causa est et sit infallibiliter futurus, ita ut non magis possit non esse, quàm Dei decretum absolutum, & efficax potest non impleri, quod est absolute impossibile. Non sufficit etiam dicere tale decretum esse consequens, ideoque non officere libertati creaturarum. Nam, ut omittam talem explicationem voluntatis antecedentis, & consequentis, à nullo antiquorum tradi coden, planè sensu, quo illam exponit Aduersarius, sed alio

quem dicemus disput. 15. sect. 2. num. 10. Omnis necessitas ex suppositione, quae non oritur ab ipsa voluntate liberè operante, quamue non facit ipse operans, ita ut in illius libera potestate sit eam hypothese ponere, vel tollere; repugnat exercitio libertatis. Si enim suppositio illa, & necessitas inde orta, voluntati imponitur aliunde, quàm à libera ipsius determinatione; ligatur eius libertas, & imponitur illi necessitas, cui non potest resistere. Quare non dominatur suo actui, sed subicitur feruituti, & necessitati sibi inuitabili, imposita à Deo, vel ab alia causa, cui non potest resistere.

159 Ideoque verissimè D. Anselmus libro de concordia capite 1. & 2. & libro 2. Cur Deus homo capite 18. dicit omnem illam necessitatem, quam non facit ipse operans, sed quae facit operantem, repugnare libertati; id est, quam non ipse operans facit eo ipso, quòd liberè operatur, quatenus impossibile est eum simul operari, & non operari; vnde si operatur, non potest non operari, ex hypothesi quòd operetur: & si est operaturus, non potest esse non operaturus in sensu composito. Quae necessitas, ut bene aduertunt veridici quidam Recentiores, vocatur peculiariter consequens, eò quòd sequitur ipsum usum libertatis, & est necessitas illationis mentalis eiusdem ex seipso, quòd, si est, non potest simul non esse. Vnde fundatur in illo axioma: Impossibile est idem simul esse, & non esse. At verò altera necessitas antecedens operationem illam, & quae facit operantem, ut loquitur S. Anselmus, fundatur in illo principio: Impossibile est voluntatem positam in illis omnibus circumstantiis antecedentibus eius operationem, abstinere ab operatione. Quòd repugnat libertati, ut fatetur Aduersarius verbis supra relatis. Itaque voluntas consequens alio sensu, quatenus est volitio rei non modè consideratæ, & per se solum, sed ut affecta quibusdà circumstantiis particularibus, & quoad omnia singularia, si est talis, ut planè antecedit operationem voluntatis creatæ, & eà posità non possit operatio non sequi, repugnat libertatis exercitio. Ex. gr. Licet Deus velit beatificare Petrum, & lumen gloriae illi dare non per se solum, sed propter eijus merita, & omnes alias circumstantias in singulari; tamen quia solo posito sequitur necessariò visio & amor beatificus, & lumen gloriae se habet omnino antecedenter ad huiusmodi operationes, non sunt liberae voluntati creatæ.

Ad septimum: iam saepius ostensum est veritatem istam, si Petrus ponatur in his circumstantiis, consentiet diuinæ gratiae: si in illis, non consentiet; esse differentem ab ista Petrus ponetur in his circumstantiis, & consentiet: Petrus ponetur in illis, & non consentiet. Esseque priorem subsistendi consequentià, & independentem ab absoluta positione circumstantiarum, & consensu. Quare si Deum nulla veritas laet, quia eius

158. Neque iuvat dicere tale decretum Dei, absolutum, & efficax, inuoluerè consensum liberum Petri. Implicat enim tale decretum praedeterminare, & necessitare omnino antecedenter voluntatem Petri ad consensum, & tamen consensum esse liberum. Atqui necessitat omnino antecedenter, nullo modo, ne conditionatè quidem supponit consensum esse liberè futurum posito tali auxilio, sed absolutè causa est et sit infallibiliter futurus, ita ut non magis possit non esse, quàm Dei decretum absolutum, & efficax potest non impleri, quod est absolute impossibile. Non sufficit etiam dicere tale decretum esse consequens, ideoque non officere libertati creaturarum. Nam, ut omittam talem explicationem voluntatis antecedentis, & consequentis, à nullo antiquorum tradi coden, planè sensu, quo illam exponit Aduersarius, sed alio

intelligentia est illimitata; debet vtramque veritatem cognoscere: istam, scientiam absolutam; illam, scientiam conditionatam, independentem ab eo, quod ponatur absolute consensus, aut non ponatur. Quod vero addit Adversarius, scientiam conditionatam, iuxta nostram doctrinam, nullum supponere decretum Dei, ideoque per illam nullum futurum contingens posse cognosci, neque absolutum, neque conditionatum; quia nihil futurum, presens, aut preteritum esse potest sine aliquo Dei decreto absoluto, aut conditionato. Hoc, inquam, dictum ab illo est ex mala intelligentia doctrinam, quam impugnat, in quod vitium sepius incidit toto illo libro de ordine. Contra enim, expressè dicimus, cum Suarez, & alijs scientiam media assertoribus, scientiam conditionatam futurorum contingentium supponere Dei decretum conditionatum de causis liberis producendis, & concursu illis exhibendo, aut offerendo ad operandum; aut de non impediendo ne liberè operentur. Tamen non supponit decretum Dei absolute positum, aut ponendum. In quo differat à scientia absoluta visioni futurorum contingentium. Nihil enim futurum est absolute vi liberi arbitrij creati, nisi Deo volente aut permitte; nihilque sub quacunque conditione futurum esset vi eiusdem, nisi

si Deus vellet, aut permitteret.

Sepius etiam inculcat idem autem per illationem significatam per particulam, Si, in propositionibus conditionatis, non esse à parte rei, sed solum in mente nostra, esseque opus, & negotium intellectus nostri. Sed nos quae sepius iam ostendimus particulam, Si, in propositionibus conditionatis, de quibus disputamus, quaeque sunt obiectum scientiam media, non significare illationem, seu eventum; qui esset posita tali occasione. Esset autem eventus à parte rei extra mentem nostram. Ex. g. peccaret Petrus si ad tale peccatum sollicitaretur, & Christum in tormentis negaret: vel è contrario, tormenta superaret cum Dei gratia. Addo in propositionibus significantibus illationem, *Vis sol lucet, dies est; si mater est, diligit filium*: quamvis illatio formalis non sit extra mentem; sitque opus intellectus nostri: tamen à parte rei esse vel identitatem, vel connexionem inter ea, quorum vnum ex alio inferitur, si est bona illatio. Est enim idem à parte rei, Solem lucere in hemisphærio, & diem esse: & naturalis est connexio inter esse matrem, & diligere filium. Neque potest rationabiliter dubitari omnem huiusmodi identitatem, aut connexionem esse Deo notam. Quare de illis non est sermo, cum disputatur de scientia media.

Scientia media supponit decretum conditionatum.

DISPUTATIO DECIMA

Quomodo Deus cognoscat seipsum, &
possibilia extra se?

- § Sectio I. Vera sententia proponitur, & confirmatur.
- § Sectio II. Refutatur prima opinio contraria.
- § Sectio III. Refellitur secunda opinio contraria.
- § Sectio IV. Referuntur, & impugnantur aliae duae sententiae contrariae.
- § Sectio V. Respondetur argumentis quorundam recentiorum.

DIFFICULTATEM propositam in tit. huius Disputationis attingit breuiter S. Thomas qu. 14. ar. 2. 5. & 6. In quibus docet Primò, Deum se intelligere per seipsum, & non per speciem intelligibilem à se distinctam: quia cum sit actus purus, est ubi per seipsum sufficiens ad intelligendum: adeo ut specie intelligibilis sit ipsemet intellectus diuinus: & intellectus sit ipsemet Deus. Secundo, Deum videre seipsum in seipso: quia seipsum videt per essentiam suam. Alia vero à se videre, non in ipsis, sed in seipsis: in quantum essentia sua continet similitudinem aliorum ab ipso: & in quantum cognoscens perfectè suam virtutè, cognoscit consequenter ea omnia, ad quae illa se extendit, id est, quaecumque possunt ab illa fieri tanquam à prima causa effectiua omnium entium, in qua velut intelligente principio cætera continentur. Tertio, Deum cognoscere alia à se, non in communi tantum, quatenus sunt entia: quod est cognoscere imperfectè: sed cognitione propria & distincta, attingendo vnuquodque

VINTINO
TUS
I^o PART
VI
U.